This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

DE

JUSTINI MARTYRIS SCRIPTIS ET DOCTRINA.

COMMENTATIO

IN CERTAMINE LITERARIO

CIVIUM

ACADEMIAE JENENSIS

DIE V SEPT. MDCCCXL

PRÆMIO PRINCIPUM MUNIFICENTIA PROPOSITO

PUBLICE ORNATA.

SCRIPSIT

JOANN. CAROL. THEOD. OTTO

JENENSIS

SEMINARIORUM QUAE JENAE FLORENT THEOLOGICORUM ET PHILOLOGICI ITEMQUE SOCIETATIS LATINAE JENENSIS SODALIS ORDINARIUS.

JENAE

PROSTAT APUD FRIDER. MAUKIUM.

MDCCCXLI.

1206.

Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχεσθαι, τιμήσατε αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε.

Just. M. apol. I. c. 68. ed. Ben., p. 99. ed. Col.

120 e 121

VIRIS MAGNIFICIS ET SUMME VENERANDIS

JO. FRID. ROEHRIO

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI ARTIUM LIBERALIUM MAGISTRO EQUITUM ORDINIS SAXO – VIMARIENSIS FALCONE ALBO INSIGNITI PRAEFECTO SUMMI SENATUS ECCLESIASTICI VIMARIENSIS PRAESIDI VICARIO CONCIONATORI AULICO PRIMARIO SUPREMO RERUM SACRARUM PER MAGNUM DUCATUM VIMARIENSEM ANTISTITI, SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALI HONORARIO CET.

L. FR. O. BAUMGARTEN-CRUSIO

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI ARTIUM LIBERALIUM MAGISTRO ORDINUM MAGNIDUCALIS VIMARIENSIS ALBI FALCONIS ET PRINCIPALIS DOMUS ERNESTINAE EQUITI MAGNI DUCIS SAXONIAE VIMARIENSIS ET DUCIS SAXONIAE ALTENBURGENSIS A CONSILIIS ECCLESIAE INTIMIS THEOLOGIAE PROFESSORI IN ACADEMIA JENENSI PRIMARIO ET ORDINIS THEOLOGORUM SENIORI SEMINARII THEOLOGICI DIRECTORI SOCIETATIS MINERALOGICAE JENENSIS ASSESSORI SOCIETATIS LATINAE JENENSIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS HAGANAE DE PROPAGANDA FIDE ALIARUMQUE SODALI.

JO. CAR. ED. SCHWARZIO

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI MAGNO DUCI SAXONIAE A CONSILIIS ECCLESIASTICIS AD TEMPLUM QUOD JENAE EST S. MICHAELIS PASTORI ET DIOECESEOS JENENSIS SUPERINTENDENTI THEOLOGIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO HONORARIO SEMINARII HOMILETICI ET CATECHETICI DIRECTORI SOCIETATIS LATINAE JENENSIS ET HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALI.

Pars posterior.

De Justini decretis philosophico-theologicis.

Sectio I De philosophia et theologia universe spectata.
Cap. I. De Platonismo Justini. . . . . pag. 78
— II. Ejus doctrina de Logo. . . . . — 83
— III. Ejus doctrina de religionis christianae veritate. . . . . — 94
— IV. Ejus doctrina de Scriptura sacra. . . — 113

Sectio II. De singulis christianae religionis dogmatibus.
Cap V. Ejus doctrina de Deo.
A. De theologia sensu angustiori dicta. — 125
B. De Deo patre, ejus Filio et Spiritu sancto. . . . . — 132
— VI. Ejus doctrina de naturis intelligentibus.
A. De Angelis et Daemonibus. . . . — 141
B. De hominibus. . . . . — 150
— VII. Ejus doctrina de salute per Jesum Christum parta.
A. De Jesu Christi persona. . . . . — 157
B. De opere Jesu Christi salutari. . . — 164
C. De praesidiis salutis per Jesum Christum consequendae. . . . . — 171
D. De rebus post mortem futuris. . . — 188

Sectio III. Ejus doctrina moralis.
Cap. VIII. De ea in universum. . . . . — 193
— IX. De singulis quibusdam praeceptis ethicis. — 195

INTRODUCTIO.

DE JUSTINO MARTYRE IN UNIVERSUM.

§. 1.

Justinus Martyr [1]), Prisci filius, nepos Bacchii, non ita multo post apostolorum tempora [2]) circiter anno Christi 89. [3]) natus est in urbe Flavia Neapoli (Ap. I. c. 1. ed. Bened., p. 53. ed. Colon.), quae, olim Sichem [4]), hodie Naplouse audiens, in Samaria (Syria Palaestinensi) [5]) sita est. Priusquam

1) De iis, qui Justini vitam perscripsere, cfr. Walch: Bibl. patr. ed. Danz. p. 27. sq. et Dan. Fr. Zastrau: De Just. M. biblicis studiis. Vrat. 1831. 8. P. I. p. 2. sq.. Jam a Tertulliano adv. Valent. I, 5. cognomine Martyris vocatur. Etiam φιλόσοφος appellatus est ob scripta philosophica (Hieron. de vir. illustr. c. 23.). Conjunguntur interdum illa epitheta apud Veteres; cf. Tert. l. c. et Joann. Dam. Sacr. Par. T. II. p. 754. ed. Leq..

2) (Ep. ad Diogn. c. 11. ed. Ben., p. 501. ed. Col.: *Ἀποστόλων γενόμενος μαθητής*). Methodius ap. Phot. Bibl. Cod. 234. ait: *Ἰουστῖνος — ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόῤῥω ὢν τῶν ἀποστόλων, οὔτε τῇ ἀρετῇ.* Adde Euseb. H. E. II. 13: *Μετ' οὐ πολὺ τῶν ἀποστόλων ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς διαπρέψας λόγῳ.*

3) Ita quidem multis videtur recte conjecisse e loco Epiph. Haer. 46. 1., naevis non carente et fere insanabili, Grabius: Spic. SS. Patr. sec. II. p. 147..

4) Hoc liquet ex Epiph. Haer. 80., ubi legitur: *Ἐν Σικίμοις* (coll. Josephi Antiqq. XI. 8.), *ἐν τῇ νυνὶ καλουμένῃ Νεαπόλει.* Flaviae cognomen adepta est ob coloniam, quam Flavius Vespas. in eam miserat. Cf. Ez. Spanheim: Dissert. IX. de praestantia et usu numismatum, p. 769. sqq.. — Justinus ante, quam Christo nomen dederat, paganus erat, ut patet ex dial. c. 28. p. 245: *Ἀπαρτιμήτῳ ἐμοί* et ap. I. c. 53. p. 88: *ἡμᾶς — ἐξ ἐθνῶν.*

5) Ap. I. c. 1. p. 53: *Φλαουΐας νέας πόλεως τῆς Συρίας Παλαιστίνης* i. e. Samariae. Quapropter dial. c. 120. p. 349: *Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ*

autem ad sacra accesserat christiana, magnam vitae partem in patria et fortasse Alexandriae (Coh. c. 13. p. 14.) quum in literárum tum philosophiae studiis transegit [6]). Incidit enim, ut ipse narrat in dial. c. 2. p. 218. sq., primum in philosophum Stoicum ejusque praeceptis quum satis diu operam navasset, nihil tamen de supremi numinis natura didicisset, ad Peripateticum se contulit. Quem idcirco statim reliquit, quod eum argenti potius, quam saniorís videret philosophiae studiosum. Posthaç quum ad Pythagoreum quendam magni nominis venisset, dimissus est, quod non versatus in disciplinis esset, quibus via muniretur ad εὐδαιμονίαν, nimirum in musica et astronomia et geometria. Denique scholis illis philosophicis valere jussis, sedulo apud Platonicos commorabatur, quorum illo tempore excellens quidam Flaviae degebat. Atque hujus quidem studio summam accuratae est doctrinae facultatem consecutus. *Καί με*, inquit l. c., *ἦρει σφόδρα ἡ τῶν ἀσωμάτων νόησις, καὶ ἡ θεωρία τῶν ἰδεῶν ἀνεπτέρου μοι τὴν φρόνησιν, ὀλίγου τε ἐντὸς χρόνου ᾤμην σοφὸς γεγονέναι, καὶ ὑπὸ βλακείας ἤλπιζον αὐτίκα κατόψεσθαι τὸν Θεόν· τοῦτο γὰρ τέλος τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίας.* Hac elatus idearum contemplatione aliquando e strepitu hominum in solitudinem se recepit. Hic ei senex quidam venerandus [7]) oc-

---

τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιούμενος et ap. H. c. 15. p. 52: *Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα.*

6) Itaque vocatur Eusebio H. E. IV. 8. *γνήσιος τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐραστής* et Photius Cod. 125. de eo praedicat: *Ἔστι δὲ φιλοσοφίας μὲν ὁ ἀνὴρ τῆς τε καθ' ἡμᾶς, καὶ μάλιστά γε τῆς Θόραθεν εἰς ἄκρον ἀνηγμένος, πολυμαθείᾳ τε καὶ ἱστοριῶν περιῤῥεόμενος πλούτῳ.*

7) De persona senis illius satis disputatum est. Fuisse eum angelum senis forma indutum censuit Petr. Halloix: Vit. Just., in Illustr. eccl. orient. scriptorum vitis p. 161. coll. p. 362. not. d., quod nec improbabile Tillemontio: Mémoir. pour servir à l'hist. ecclés. ed. 2. T. II. p. 351., nec incredibile videtur Marano: Ed. opp. Just. praef. P. III. p. LXV., J. A. Fabricius in Bibl. gr. ed. Harl. VII. p. 52. eum Polycarpum fuisse existimat. Forte autem, si conjecturae locus, ille senex unus e Christianis judaicis erat; nam Justino, prope sedem Ebionitarum nato, ab his, ut Credner us: *Beitr. z. Einl. in d. bibl. Schr.* I. p. 94. coll. *Einl. in d. N. T.* I. p. 447. monet, facile occasio christianam do-

currebat, qui postquam Platonem, philosophorum gentilium principem, multa vel nondum scivisse demonstraverat vel non satis recte cognovisse, scripta magnopere commendabat prophetarum, quippe qui Spiritu sancto repleti nullaque ducti gloriae cupiditate soli veritatem et vidissent et hominibus nuntiassent (ib. c. 3. — 7., p. 219. — 224.). Quibus auditis confestim amor Justinum invasit prophetarum intellexitque christianam doctrinam unice certam esse et utilem philosophiam [8]). Praeterea enm commovebat ad conversionem, quod nihil in paganorum ritibus sanctum aut Deo acceptum invenerat (Orat. ad Gr. c. 1. p. 37.), Christianorum vero innocentiam piamque vivendi rationem ex eorum constantia in persecutionibus et in ipsa morte perspexerat (Ap. II. c. 12. p. 50., coll. Eus. H. E. IV. 8.).

§. 2.

Justinus autem, neque philosophicum deponens pallium [9]) neque collocans segnem operam in evolvenda Scriptura sacra, multis libris rem christianam non modo propagabat, sed pro

---

ctrinam cognoscendi cognitamque amplectendi dabatur. Vid. dial. c. 46.—48., p. 264.—267.. Ceterum Justinus, ut ex ejus residuis scriptis luculenter apparet, inter moderatiores e gentilibus arcessitos Christianos vere apostolicos numerandus est.

8) Recte Tiedemann: *Geist d. spec. Phil.* III. p. 167. de Justino ait: *Wie aus einem Platoniker, der das letzte Ziel, Gottes Anschauen, noch nicht erreicht hat, unerachtet er es eifrig suchte, ein Christ werden kann, begreift sich leicht, sobald man die grosse Aehnlichkeit mancher Platon. Sätze mit Christl. Lehren erwägt.* — Haec Justini conversio mihi cum Caveo: Scriptt. eccl. hist. lit. p. 27., circa annum 133. facta videtur. Idem existimafunt Tillemont: l. c. p. 644. not. 4., Ceillier: Hist. gén. des auteurs sacr. II. p. 2., Lumper: Hist. theol. — crit. de vita etc. SS. Patr. II. p. 52. et, ut de aliis taceam, nuper Döllinger, vir sagacissimus: *D. Lehre v. d. Euchar.* etc. p. 23. et Möhler: *Patrologie* ed. Reithmayr. I. p. 191.. Cf. praeterea C. Chr. Gercken: De Justini M. ad rel. chr. convers. admodum memorabili. Lips. 1753. 4.

9) Cf. Ch. Guil. Fr. Walch: Antiquitates pallii philos. vet. Christianorum. Jen. 1746. 8. p. 152. sqq.. Justinus illum τρίβωνα propterea retinuisse videtur, ut Christianis quandam auctoritatem acquireret apud paganos; huc accedit, quod doctrinam christianam putabat esse philosophiam eamque omnibus numeris absolutam.

ejus etiam veritate pugnabat [10]). Neque ullam docendi oblatam occasionem praetermittebat [11]), quum perspectum ei esset et exploratum, omnes, qui verum possint dicere nec dicant, a Deo judicatum iri (Dial. c. 82. p. 308., c. 38. p. 256., c. 58. p. 280.). Nostrum sane munus est — ait ap. I. c. 3. p. 54. — ut vitae et doctrinae inspiciendae copiam omnibus faciamus, ne pro iis, qui res nostras sibi videntur ignorare, poenam eorum, quae caecutientes peccaverint, ipsi debeamus. Atque summa erat ejus caritas et patientia erga omnes, quod in disputatione cum Judaeis, adeo ea, quae ante concesserant, negantibus, egregie declarat his verbis: *Κἂν ὑμεῖς πονηρεύεσθε, προσμενῶ πρὸς ὁτιοῦν προβαλεῖσθε. καὶ ἀντιλέγετε, ἀποκρινόμενος, καὶ τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων συζητεῖν ἢ πυνθάνεσθαί μου περὶ τούτων βουλομένους πράττω* (Dial. c. 64.

10) Quare Eusebius H. E. IV. 11. haecce praedicat: *Μάλιστα δὲ ἤκμαζεν ἐπὶ τῶνδε Ἰουστῖνος, ἐν φιλοσόφου σχήματι* (coll. Phot. Bibl. Cod. 125.) *πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν.* Libros triplicis generis scripsit: unum genus est eorum, qui universam rem christianam tuentur sive contra gentiles, ut utraque apologia, sive contra Judaeos, ut dialogus cum Tryphone; alterum eorum, qui in commendanda tantum religionis christ. singulorumque ejus dogmatum veritate aut impugnanda gentilium superstitione versantur: huc pertinent oratio et cohortatio ad Graecos (epist. ad Diognetum), liber de monarchia. Tertium genus sunt scripta polemica contra haereses (c. Marcionem et de resurrectione carnis). Cf. Eisenlohr in Potti et Rup. Syll. comm. th. II. p. 121. et Junius: De Just. M. apologeta adv. ethnicos. Lugd. Bat. 1836. p. 19. sqq..

11) Observante Tillemontio l. c. p. 356. Justinus, ut antea Quadratus, evangelistae munere (Euseb. H. E. V. 10.) fungens, non semper in patria haesit, sed, evangelium ut praedicaret, multas regiones (Coh. c. 13. p. 14., c. 37. p. 35., ap. II. c. 8. p. 46., coll. Eus. H. E. IV. 11. et 18.) peragravit. Eandem sententiam habet Neander: *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* ed. parvo parab. I. 3. p. 741.. Idem V. D. recte improbat illum criticum, quod Justinum in sacerdotum ordinem receptum fuisse existimaverit. Ceterum de ejus domicilio veritatisque propagandae studio plura exhibent ipsius martyrii acta c. 2. p. 586. ed. Mar.: *Ἐγώ*, inquit, *ἐπάνω μένω τινὸς Μαρτίνου τοῦ Τιμοτίνου βαλανείου· καὶ παρὰ πάντα τὸν χρόνον τοῦτον (ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ῥωμαίων πόλει τοῦτο δεύτερον) οὐ γινώσκω ἄλλην τινὰ συνέλευσιν, εἰ μὴ τὴν ἐκείνου. καὶ εἴ τις ἐβούλετο ἀφικνεῖσθαι παρ' ἐμοί, ἐκοινώνουν αὐτῷ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων.*

p. 287.). Sed non solum mirifica lenitate hominum importunitatem tulit, verum etiam magna ornatus erat animi fortitudine. Licet enim tempore viveret Christianis apprime luctuoso, semper tamen (id quod ex ejus apologiis satis apparet) ita egit, ut eum minime severitas instantis tyranni mente quateret solida. Optimo jure igitur de sua probitate et constantia poterat ita dicere in dial. c. 120. p. 349: *Καὶ ταῦτα εἶπον, ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων, ἢ τῶν τ' ἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι κ. τ. λ.*.

§. 3.

Illis temporibus praecipuus erat religionis christianae adversarius Crescens, Cynicorum assectator, homo superbissimus omnibusque notatus vitiis (Tatian. Orat. c. Gr. c. 19.). Qui quum a Justino, quem a veritate defendenda nec certa supplicia nec mors ipsa imminens unquam potuit deterrere, interdum multis praesentibus ad disputationem pertractus et victus esset (Ap. II. c. 3. p. 47., coll. Eus. H. E. IV, 16.), hac re graviter vulneratus, illius mortem maturavit. Ipse Martyr cum quadam divinatione in ap. II. c. 3. p. 46: *Κἀγὼ οὖν*, inquit, *προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, ἢ κἂν ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου, οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα, ὅς γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίσταται, δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ.* Neque profecto sua eum fefellit exspectatio. Etenim iste Crescens capta accusatoris persona videtur effecisse, ut Justinus Romae sanguinem pro Christo funderet. Huc haud dubie spectat Tatianus l. c. dicens: *Θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν, οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμὲ* [12]), *οὓς κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι· διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν λίχνους καὶ ἀπατεῶνας τοὺς φιλοσόφους συνήλεγχεν.* — Martyrologium Justini vetus (p. 585. — 587. ed. Mar.), *νοθεύσεως*

12) Pro *καθάπερ ἐμὲ*, *οὓς* ex Euseb. H. E. IV. 16. legas *καθάπερ μεγάλῳ*, aut *οὓς* mutes in *ὡς*, ut sensus perfectus sit.

prorsus non suspectum [13]), Eusebius (tanquam corrigens errorem in Chronico canone ad annum 13. Ant. Pii) H. E. IV. 16., Hieronymus de vir. illustr. c. 23., Photius Cod. 125. et Nicephorus Chronograph. p. 401. Nostrum sub M. Aurelio interfectum esse tradunt. Itaque perperam Henr. Dodwellus [14]), Epiphanio [15]) (Haer. 46. 1.) fretus, Justinum anno 119. natum et 149. Antonino Pio regnante martyrium fecisse contendit [16]). Sed enimvero secundum Chronicon Alexandr. (ed. Rader. p. 606.), cujus calculum accuratum minime licet in dubium vocare, Martyr a. 165. vita functus est, Orphito et Pudente Coss. [17]), imperante M. Aurelio cum collega Lucio Vero. Denique non possum, quin praeclaram Tzschirneri [18]) vocem afferam: *Durch dieses tragische Ende stieg er höher noch in der Achtung seiner Parthey, die er aber auch ohne den Märtyrertod als einer der ersten und bedeutendsten der ewig*

---

13) Contra Papebrochium ad diem 13. Apr. num. 4. p. 104. sqq., qui Justinum in actis apud Baron. (Annal. II. a. 165. n. 6. p. 165.) a nostro diversissimum esse prolixe contendit, multa jam attulerunt Grabius: l. c. p. 141. sqq. et Tillemont: l. c. p. 657. sqq. not. 14.. Praeterea pro Actorum istorum sinceritate praeter Caveum, El. du Pin, Ruinartum, Gallandium, Schröckhium alios multa nuperrime in medium protulerunt Neander: l. c. p. 754. et Semisch: *Über d. Todesjahr Justin's d. Märt.*, in Ullmanni et Umbr. *Theol. Stud. u. Krit.* 1835. fasc. 4. p. 942. sqq..

14) Dissert. in Iren. III. n. 19. p. 255. sq..

15) Reprehendit jam Epiphanium ob hunc anachronismum ingentem Petavius: Animadvv. p. 81.; coll. Semisch: l. c. p. 943. sqq..

16) Dodwellum refutavit praeter Tentzelium: Exercitt. select. I. p. 420. sqq., inprimis Sam. Basnage: Annal. politico — eccl. II. p. 127..

17) Neque hac in re Chronicon nos fallit. Illi videlicet revera consules erant anno 165., ut docent Fasti Capitolini, Cassiodorus: Chron. T. I. p. 362. ed. Garet., Marianus Scotus apud Pistor. Nidan.: Rerum Germanic. scriptores aliquot insignes p. 569. alii. Atque omnes fere nunc viri docti, jam Grabio l. c. p. 147. et aliis praeeuntibus, istum Justini existimant esse annum fatalem. Nuperrime vero Semisch l. c. p. 947. sqq. Martyris necem ad annum 166. voluit referri.

18) In opere praestantissimo: *Der Fall d. Heidenthums* ed. Niedn. I. p. 208..

denkwürdigen Männer verdient haben würde, welche das Urtheil ihrer Zeitgenossen zu wenden versuchten. Klar und tief hatte er hineingeschaut in das Leben seiner Zeit; mit Innigkeit hatte er den Glauben der Christen ergriffen; über Alles galt ihm die Sache, welche er geltend machen und fördern wollte; darum ist sein Werk ein fruchtbarer Saame geworden.

PARS PRIOR.

DE LIBRIS, QUI JUSTINI NOMEN PRAE SE FERUNT.

§. 4.

Priusquam ad singulos, qui sub Justini nomine circumferuntur, libros progredimur dijudicandos, eorum editores atque censores paucis enumeremus. Prodierat Lutetiae anno 1539. Cohortatio Justini ad Graecos, sed omnia ejus opera et genuina et spuria graece primus edidit Rob. Stephanus Paris. a. 1551. Fol., latine vero Joach. Perionius Paris. 1554. Fol., rec. in Bibl. Patrum edit. Colon. 1618. T. II., Sigism. Gelenius Basil. 1555. Fol. atque inde Paris. 1575. 8. et Jo. Langus, qui commentarios etiam addidit, Basil. 1565. Fol.. Posthac graece et latine Martyris scripta edidit Frid. Sylburgius Heidelb. 1593., denuo Paris. 1615. et 1636., quod exemplar ex asse exprimit edit. Coloniensis, sive Vitebergensis (Lipsiensis?) potius, a. 1686. Fol.. Etiam Angli ad Justinum illustrandum studium contulerunt. Etenim Jo. Ern. Grabe in lucem emisit Oxoniae a. 1700. 8. majorem apologiam; H. Hutchin ibid. 1703. 8. utramque adv. Graecos orationem, librum de monarchia cum apol. minore; Sam. Jebb Lond. 1719. dialogum cum Tryphone; Styan. Thirlby (Markland?) eadem in urbe a. 1722. Fol. apologias et dialogum. Optima autem omnium, quae Justini nomen prae se ferunt, operum editio est Prud. Maràni, monachi Benedictini, Paris. (in aliis exempl. Hagae Com.) a. 1742. Fol. [1]). Post hunc ediderunt

1) Maraneae edit. exemplar paginis paulisper mutatis est typis descriptum Venetiis a. 1747. Fol.. Recusa sunt etiam Opp. Justini gr. cum vers. lat. in Opp. Patrum gr. (cura Fr. Oberthür). Wirceburg. 1777. 8. Vol. I.—III.

apologias Chr. Guil. Thalemann Lips. 1755. 8., Car. Ashton Cantabr. 1768. 8. et Jo. Wil. Jos. Braun Bonnae ad Rh. 1830. 8., epistolam vero ad Diogn. Georg Böhl: Opuscc. Patr. sell. P. I. Berol. 1826. p. 124. sqq. et Car. Jos. Hefele: Patr. apost. opera Tub. 1839. p. 125. sqq.. Fragmenta praeter Grabium: Spicil. SS. Patr. sec. II. Oxon. 1700. p. 171. sqq., optime collegit Maranus: Opp. Just. p. 588. sqq.. In linguam Germanicam nonnullos Justinianos libros transtulerunt Chr. Fr. Rössler, Jo. Adam Göz et N. Brunn [2]). — Sub censuram vocarunt scripta Petr. Halloix [3]), L. Ellies du Pin [4]), Guil. Cave [5]), Wilh. Ern. Tentzel [6]), Jo. Ern. Grabe [7]), L. de Tillemont [8]), Casim. Oudinus [9]), Jo. Alb. Fabricius [10]), Ludov. du Four de Longuerue [11]), Remy Ceillier [12]), Prud. Maranus [13]), P. Gottfr. Lumper [14]), Jo. Ad.

2) Rössl.: *Bibl. der K. V.* I. Lpz. 1776. 8. p. 104. sqq., Göz: *Just. des Märt. zweite Apol. u. Beweis der Alleinherrsch. Gottes. Griech. u. teutsch.* Nürnb. u. Altd. 1796. 8., v. Brunn: *Just. d. M. — Gespräch von d. Wahrh. u. Göttlichk. d. chr. Rel. mit d. Jud. Tryphon.* Basel 1822. 8.

3) S. Justini Phil. et Mart. vita et docum. (Duaci 1622), recusa in Illustr. eccl. orient. Scriptorum vit. et docum.. Ib. 1636. Fol. p. 271. sqq..

4) Nouvelle biblioth. des auteurs ecclés., à Paris ed. 2. 1690. 4. T. I. p. 57. sqq..

5) Scriptt. eccles. historia liter.. Genevae 1694. Fol. p. 28. sq..

6) Exercitation. select. Lips. 1692. 4. (s. Miscellanea ecclesiastica. Ib. 1708) P. I., exerc. V. p. 171. sqq. coll. Addend. p. 419. sqq..

7) Spicil. SS. Patr. sec. II.. Oxon. 1700. 8. p. 148. sqq..

8) Mémoires pour servir à l'hist. eccl., à Paris ed. 2. 1701. 4. T. II. p. 867. sqq..

9) Comment. de Scriptor. ecclesiae. Lips. 1722. Fol. T. I. p. 179. sqq..

10) Biblioth. gr. cur. G. Ch. Harles. Vol. VII. Hamb. 1801. 4. p. 54. sqq..

11) Diss. de vita S. Justini, in Dissertation. histor. ed. J. D. Winckler. Lips. 1750. p. 203. sqq..

12) Histoire gén. des auteurs sacrés et ecclés. T. II. à Paris 1730. 4. p. 6. sqq..

13) Ed. opp. Just. Par. 1742. Fol. praef. P. III. c. III. sqq. p. LXXII. sqq..

14) Historia theol. — crit. de vita, scriptis atque doctr. SS. Patrum. P. II. August. Vindelic. 1784. 8. p. 58. sqq..

Göz[15]), Aug. Neander[16]), L. Fr. O. Baumgarten-Crusius[17]), Chr. Ern. Herbig[18]), J. A. Möhler[19]), alii. Denique accuratiorem singulorum librorum analysin dederunt inprimis Maranus, Lumper, Schröckh, Flügge et Möhler[20]).

SECTIO PRIMA.

DE LIBRIS JUSTINI INDUBITATIS.

CAPUT I.

Ἀπολογία πρώτη ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ.

§. 5.

Extincto Hadriano quum etiam rescriptum, quo gentiles a spe religionis christianae opprimendae dejecti essent, videretur extinctum, redibat pristina illa Christianos accusandi licentia[21]). Quapropter Justinus, Aristidis et Quadrati[22]) vestigiis

15) L. c. p. 126. sqq.

16) *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. Kirche.* Ersten Bandes dritte Abth. Hamb. 1828. 8. (Edit. parvo parabilis) p. 742. sqq.

17) *Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* Erste Abth. Jena 1832. 8. p. 171. sqq.

18) Comment. crit. de scriptis, quae sub nomine Justini Phil. et Mart. circumferuntur. Vratisl. 1833. 8.

19) *Patrologie, od. chr. Literärgesch.* ed. F. X. Reithmayr T. I. Regensb. 1840. 8. p. 191. sqq.

20) Maran et Lump.: ll. cc., Schröckh.: *Christl. K. G.* ed. 2. Lpz. 1777. 8. III. p. 19. sqq., Flügge: *Vers. einer Gesch. d. theol. Wissensch.* Halle 1796. 8. p. 125. sqq., Möhler: l. c.

21) Vid. Neander: l. c. I. 1. p. 100. Causas, cur gentiles infesto animo fuerint contra Christianos, pluribus exposuit Tzschirner: *D. Fall d. Heidenth.* ed. Niedn. I. p. 225. sqq.; coll. Junius: De Justino M. apologeta adv. ethnicos p. 21. sqq.

22) Eus. H. E. IV. 3., Hieron. de vir. ill. c. 19. Id. epist. 70. ad Magnum orat. T. I. p. 428. ed. Vall.: „Aristides philosophus, vir eloquentissimus, eidem principi (sc. Adriano) Apologeticum pro Christi-

ingressus, injuriarum vindex exortus est reique justae propugnator [23]) libro apologetico (p. 44.—84. ed. Mar., p. 53.—99. ed. Col.)[24]) ita inscripto: *Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Σεβαστῷ Καίσαρι, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ*[25]) *Καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιήτῳ, ἱερατικῇ παιδείας, ἱερεῖ τε συγκλήτῳ, καὶ δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων.* Jam quaeritur, quonam anno haec apologia Antonini [26]) (Pio illi et ejus filiis adoptivis: Annio Verissimo [27])

---

anis obtulit, contextum philosophorum sententiis: quem imitatus postea Justinus et ipse philosophus[16] cet..

23) Kestnerus: *Agape od. d. geh. Weltbund d. Chr.* p. 348. Justinum autumat fuisse incitatum ad scribendum a clandestino illo Christianorum sodalitio, Ἀγάπης nomine insignito et per totum terrarum orbem diffuso. Quid tamen vir sagacissimus contra gravissima Celeberrimi Eichstadii argumenta in celebratissimis ejus Exercitation. Antoninianis valuerit, nemini ignotum est.

24) Haec prolixior apologia fere in omnibus editt. veter. prorsus falso secundum locum occupat, ut docent Vales.: Annott. Euseb. p. 29. et 67. sq. et Tillemont: l. c. p. 650. not. 10.. Hallucinatus est J. Dan. ab Hoven: De vera aetate Minucii Fel. et de nativo ordine apologiarum Justini M.. Campis 1762. 4. p. 7. sqq.. Nihil nisi ejus argumentum enarrat S. G. Lange: D. in qua Just. M. apol. I. pro Christ. ad Anton. P. sub examen vocatur. Jen. 1795. 8. P. I..

25) Vulgatam scripturam φιλοσόφῳ merito defendit Maranus. Nuper tamen Neander l. c. I. 3. p. 742. not. 2., praeeunte Abbate de Longuerue, Eusebianam lectionem (H. E. IV. 12.) φιλοσόφου existimavit praeferendam. Equidem non possum Braunio (ad h. l. p. 76.) non adstipulari, qui, argumentis Neandri refutatis, a vulgata lectione non recedens, titulum philosophi Lucio Vero a Martyre tributum minime offendere scite exponit.

26) Negaverant Bayle: Diction. s. v. Athenagore, Semler: Vorreden zu Baumgart. Unters. theol. Streitigk. II. p. 44. et Henke: *Allg. Gesch. d. chr. K.* I. p. 128., apologias pro Christianis Imperatoribus fuisse traditas. Istis acriter repugnant Kestner: l. c. p. 354. not. 64. et Niedner: Tzsch. *d. Fall d. Heidenth.* I. p. 208. not. 2.. Et profecto recte Neander l. c. I. 1. p. 180. ait: *Die Annahme, dafs die Anrede an die Kaiser, an den Senat und die Statthalter blos Einkleidungsform dieser Schriften seien, nach Art der Übungsstücke (declamationes) heidnischer Rhetoren, pafst gewifs nicht zur Lage und Stimmung der Christen dieser Zeit.* Vid. praeterea ap. I. c. 56. p. 91. C. et dial. c. 120. p. 349. C.; coll. huj. lib. §. 9. not. 17..

27) Cf. Wesselingii Observv. varr. p. 93..

i. e. M. Aurelio atque Lucio Vero) Senatui populoque Romano repraesentata fuerit. Nos illis criticis assentimur, qui sub Antonini Pii initium s. circa annum 139. id contigisse censent [28]). Siquidem Antoninus P., a. 138. mortuo Hadriano imperii successor et haeres, Marcum a. 139. Caesarem et a. 147. imperii collegam creavit, neutrius vero tituli in ipsismet dedicationis verbis mentio fit, luce clarius apparet, apologiam ante eos honores Marco tributos ideoque anno 138. aut — quod vero videtur similius — initio sequentis fuisse exaratam. Prorsus enim incredibile, Justinum, qui tam Marcum quam Lucium aliis titulis Caesarea dignitate imperioque proconsulari longe inferioribus insignivit, hos omisisse. At aliquot viri eruditi [29]) hanc majorem apologiam, ut in qua ipse Justinus Jesum ante annos 150 asserat natum esse [30]), a. 150. aerae nostrae volunt oblatam. Sed fuitne viro bono, priscae chronologiae prorsus imperito (Apol. I. c. 31. p. 72., c. 42. p. 80.), verus Jesu Christi annus natalis compertus? Fuitne ei cognita aera Dionysiana? Quis est, quin statim intelligat, Justinum, ut Patres et gentiles identidem facere solebant [31]), plenario sive rotundo numero

28) Sic nimirum Scaliger: Animadvv. ad Eus. Chron. p. 219., Petavius: Animadvv. ad Epiph. Haeres. 46. p. 82., Dodwellus: Additt. ad Pearson. Opp. posth. p. 248., Pagi: Crit. Baron. ad ann. 148. n. 4. sq. p. 114. coll. p. 155., Tentzel: l. c. p. 175., Longuerue: l. c. p. 220. 242. sq. coll. 278., Gallandi: Bibl. Patr. T. I. p. LXXXI. sqq., Lumper: l. c. p. 61., Cotta: *Vers. einer ausf. K.G.* II. p. 722., Schröckh: l. c. p. 17., Neander: l. c. I. 3. p. 742., Junius: l. c. p. 15., Möhler: l. c. p. 192. alii. Non multum erravit Eusebius, existimans in Chron. ad ann. Abrah. 2157., qui Calendis Octobr. 140. auspicatur, nostram apologiam Antonino P. anno ejus tertio (i. e. 140.) exhibitam esse.

29) Baronius: Ann. eccl. ad ann. 150. n. 1. T. II. p. 137., du Pin: l. c. p. 57. coll. p. 60. not. d., Grabe: l. c. p. 150., Tillemont: l. c. p. 650. not. 10., Ceillier: l. c. p. 10. sq., Maranus: l. c. p. LXXXI., Herbig: l. c. p. 9., Jo. Ign. Ritter: Animadverss. in primam S. Justini M. apologiam. Vratisl. 1836. 4. p. 6. sqq., Fr. C. Meier: *Lehrb. d. Dogmengesch.* p. 28., E. C. J. Lützelberger: *D. kirchl. Trad. üb. d. Ap. Joh.* etc. p. 106. sq..

30) Ap. I. c. 46. p. 83.: *Ἵνα — εἴπωσι, πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα γεγενῆσθαι τὸν Χριστὸν λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ Κυρηνίου.*

31) Exempla affert Tentzel: l. c. p. 176..

annorum usum fuisse? Sed ajunt nonnulli [32]) in ea apologia his (c. 26. p. 70., c. 58. p. 92.) Justinum meminisse Marcionis, qui dogmata sua haeretica ante saeculi II. decennium IV. non sparserit. Veruntamen iste haeresiarcha, ut Dodwellus, Pagius, alii [33]) accuratissime demonstrarunt, jam extremis Hadriani temporibus multos sectatores habuit. Hac porro apologia, inquit Pagius [34]), liquet, ipso Antonini Pii initio Christianos vexatos; cum Imperatores vel imperii initio, vel in decennalibus et id genus festis persecutiones decernere soliti fuerint [35]).

§. 6.

Addit Justinus apologiae epistolam Hadriani ad Minucium Fundanum (p. 84. ed. M., p. 99. ed. C.), quae etiam exstat ap. Euseb. H. E. IV. 9. [36]). Quod autem sequitur rescriptum Antoninianum πρὸς τὸ κοινὸν [37]) τῆς Ἀσίας (p. 85. ed. M., p. 100. ed. C.), partim invenitur ap. Euseb. l. c. IV. 13., qui in tota re narranda Melitonis, episcopi Sardensis, fidem secutus est. Hoc tamen decretum, quod Justinus ne ipse quidem inseruit scriptis suis, si olim exstitit, latine, ut Eichstadius [38]) noster egregie demonstravit, exstiterit necesse est. Neque Rufino genuinum latinum exemplar in promptu

---

32) Inprimis Baronius, Grabius, Tillemont, Ceillier: ll. cc..

33) Dodw.: l. c., Pagi: Ad ann. 144. n. 3. et in Baron. T. II. p. 169. et 170.. Coll. Longuerue: Dissert. de orig. haer. Valent. Cerdonis et Marcionis p. 278. sq..

34) Ad ann. 148. n. 6. et in Baron. T. II. p. 190.. Coll. Lumper: l. c. p. 64..

35) Nescio, quid tandem Semlerum l. c. p. 42. not. 44. et Gözium l. c. p. 127. commoverit, ut hanc apologiam haud γνήσιον Justini foetum opinentur.

36) Braunius l. c. p. 115. utriusque lectionum varietatem parva tabula una serie adnotavit. Vid. praeterea I. E. C. Schmidt: *Handb. d. chr. K.G.* ed. 2. T. I. p. 126. sq..

37) Sc. συνέδριον, de quo adeas Valesium in Annott. Eus. p. 59. sq..

38) Vid. Exercitat. Antonin. V., Vol. I. Annal. acad. Jenens. insertae, p. 286..

erat, quod si habuisset, repetivisset: „id quod — ut Clarissimus ille Vir [39]) censet — verisimile est ab eo factum esse in reddenda Hadriani epistola. Nam hujus quidem epistolae dictio tantum convenit aevo Hadriani, quantum Antonini illud edictum ab eo recedit, plane referens stilum Rufini.“ Denique prolixiori apologiae tertia epistola (p. 85. ed. M., p. 101. ed. C.) solet subjici [40]), in qua Marc. Aur. ad senatum populumque Romanum de victoria refert, quam contra Quados et Marcomannos prope Granuam amnem reportaverit per legionis fulmineae preces. At vero de ejus [41]) *νοθείᾳ* post Scaligerum, Baumgartenium, Moshemium, Semlerum, Eichstadium aliosque permultos non jam amplius licet dubitare.

CAPUT II.

Ἀπολογία δευτέρα ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς τὴν Ῥωμαίων σύγκλητον.

§. 7.

Mortuo Antonino Pio, qui persecutionem compresserat, sub auspiciis Marci Aurelii, philosophorum Stoicorum consilia sequentis patriasque caeremonias sancte servantis, undique accusatores resurgebant in ultionem Christianorum [1]). Quorum quidem hostibus Imperator frena non injecit. Justinus igitur, illo

39) L. c. p. 287.. Illud decretum frustra defendere conati sunt Hegelmaier: Comm. in edict. imp. Anton. P. pro Christ., quod Eus. H. E. IV. 13. asservavit. Tub. 1777. 4. et Kestner: l. c. p. 899. sqq..

40) „Quamquam — recte Eichstad. ait in Exercit. Anton. II. l. c. p. 245. — apertum est, ab ipso scriptore ibi reponi non potuisse, qui diu ante, quam illa ederetur, martyrio periisset.“

41) Solus Tertullianus Apolog. V. p. 62. ed. Haverc. mentionem facit hujus epistolae a Marco compositae, ab eodemque omnes posthac pendent. Legitur etiam in Antonini commentariorum edit. Wolliana p. 279. sqq.. Gatakerus autem et Coraius eam omisere.

1) Vid. Athenag. leg. p. Chr. c. 1.; coll. Mosheim: Comm. de reb. Chr. a. Const. M. p. 241. et Hase: K.G. ed. 3. p. 57..

tempore Romae commoratus, apologiae II. exordio conqueritur, Christianos, qui gentilium quendam ad bonam frugem reducere velint, in judicium capitis arcessi et si quis Christianum se esse fateatur, eum statim capitis condemnari. Praecipue autem ad alteram apologiam (p. 88.—98. ed. M., p. 41.—52. ed. C.) pro Christianis conscribendam impulsus est hoc crudeli facinore, quod ab ipso orationis principio pluribus verbis exponit. Etenim mulier quaedam [2]) olim intemperantiae dedita, quum a Ptolemaeo ad Christi fidem adducta castitatem deinceps coleret, etiam mariti vitiosi animum studebat virtutis amore imbuere. Quod quum minus belle caderet, dato repudii libello ab eo discessit. Hinc ille commotior factus, eam Christianismi postulat. Tum mulier ab imperatore impetrat, ut demum domesticis rebus compositis respondere sibi liceat. Interim maritus irae explendae cupiditate adductus efficit, ut Ptolemaeus comprehensus, postquam se Christo nomen dedisse coram praefecto urbis libere professus est, ad mortem ducatur. Qua re audita Lucius quidam, qui etiam christiana sacra secutus erat, injustam judicis sententiam hisce verbis (c. 2. p. 43.) fortiter arguit: *Τίς ἡ αἰτία; τοῦ μήτε μοιχὸν, μήτε πόρνον, μήτε ἀνδροφόνον, μήτε λωποδύτην, μήτε ἅρπαγα, μήτε ἁπλῶς ἀδίκημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκολάσω; οὐ πρέποντα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδὶ, οὐδὲ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ Οὔρβικε.* Praefectus autem quum illa verba Christianum saperent, pariter eum abripi jussit. In tertium quendam supervenientem eodem supplicio animadvertebatur.

§. 8.

Ex omnibus illis apologiam esse Marco Aurelio nuncupatam perspicuum est ad intelligendum. Siquidem Pius, ex

2) Etiam Euseb. H. E. IV. 17. hanc mulieris historiam commemorat; sed l. c. lapsu aut Eusebii aut cujusdam librarii ad priorem apologiam falso refertur. Vid. Petav. Animadvv. ad Epiph. Haer. 46. et Oudin. Comm. de script. eccl. I. p. 194.

Hadriani edicto agendum existimans, imperii fasces tenebat, quo tandem pacto fieri poterat, ut praefectus ille in ipsa urbe Romae sub optimi imperatoris oculis tanta cum temeritate et licentia ageret, ut Justinus novam offerre cogeretur apologiam? Certe hujuscemodi saevitiam exercere licebat sub Marco, quippe qui parum sollicitus esset de Christianorum salute et incolumitate. His adde Eusebii H. E. IV. 16. testimonium, ex quo Justini altera apologia Marco Aurelio et Lucio Vero est dicata. Atque quum Verus illo tempore Roma abesset, inde ab anno 162. Parthico bello vacans, Eusebius l. c. IV. 18. nulla ejus mentione facta, apologiam Marco exhibitam profitetur. Similiter Hieronymus de vir. illustr. c. 23. et Photius Bibl. Cod. 125. Antonini Pii successoribus alterum libellum apologeticum datum esse referunt. Nuperrime tamen Venerabilis Neander[3]) elaboravit, ut obsoletam illam defenderet opinionem, ex qua modo dictus libellus non Marco, sed Pio traditus est. Eusebiani quidem testimonii gravitatem vir doctissimus probe agnoscit; sed quum ad hoc refringendum contendit: „*Das rechte Verhältniss der sogenannten zweiten Apologie zur ersten konnte schon zur Zeit des Eusebius verrückt und vergessen worden sein,*“ „*so gehören doch wohl,* ut verbis Car. Semischii[4]) respondeam, *stärkere Gründe zur Verwerfung dieses Zeugnisses, als die blosse Möglichkeit eines Irrthums von Seiten des Eusebius.*“ „*Aber,* ait Neander ad suam conjecturam defendendam, *ist es wahrscheinlich, dass ein Christ so* (sc. ut Lucius ille) *zu dem Präfekte sollte geredet haben, wenn der regierende Kaiser* (sc. M. Aur.) *selbst ein hartes Gesetz gegen die Christen als Christen erlassen hatte?*“ Quibus objicimus haec Marani[5]) verba: „Non jusserat praestantissimus princeps vexari Christianos, sed, ut observat Athenagoras (Leg. p. Chr. c. 1.), dum injuriam ab eis non propulsat, dum nullam partem in eos derivat paternae illius sollicitudinis, qua universos imperii Romani cives tuebatur, omnibus injuriis expositi fuere, nec

3) *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I. 3. p. 743. sqq..
4) Vid. Ullm. et Umbr. *Theol. Stud. u. Kr.* 1835. fasc. 4. p. 914..
5) In Edit. Opp. Just. praef. P. III. c. 8. p. XCII..

ullum ab illis abfuit damnatorum et suppliciorum genus.“ Quum igitur nova lex nulla constituta esset [6]), facile fieri poterat, ut Lucius, felix et tranquillum Antonini Pii tempus recordatus sibique conscius nullius culpae, illa ratione praefectum allòqueretur, cui vel propter supplicium gratias agebat, quum se ab improbis ejusmodi dominis liberari et ad Patrem Regemque coelorum proficisci cognosceret. Quid? Ipse Neander quum ingenue fateatur congruere tantummodo Marci aetati, quandoquidem Justinus in apologia secunda disertis verbis pronuntiet, non solum Romae praefecto Urbico, verum in provinciis quoque Christianos occidi ob afflicta ipsis crimina, eorum servos, pueros, mulieres rapi ad tormenta horrendisque cruciatibus cogi fabulosa ista ut proferant facinora: profecto non video, cur opinionem defenderit a Valesio [7]) propositam, qui hanc solam ob causam, quod Justinum sub Pio martyrium fecisse vult, eidem imperatori esse apologiam II. traditam pro certo sumere coactus est. Jam vero ipsum audiamus Valesium. Ac primum quidem eo sententiam suam probare studet, quod in c. 2. p. 42. de muliere in judicium vocata haec legantur: *Καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε κ. τ. λ.* sc. Antonino, opinatur ille criticus, Pio; nam, si apologia se-

6) Marc. Aurelium edictum ad cruentam Christianorum persecutionem, si unquam ediderit, nullo modo ante annum 177. edidisse, evidenter demonstravit Semisch: l. c. p. 929. sqq..

7) Cf. Annott. ad Euseb. H. E. IV. 17. p. 76. sq.. Valesii sententiae subscripsere Pearson: Opp. posthum. diss. II. c. 9. p. 254., Dodwell: Diss. III. in Iren. n. 19. p. 256., Koch: Just. M. c. Tr. Jud. dial. sec. regulas crit. examinatus p. 40. sqq., Longuerue: Diss. de vita S. Just. p. 228., Gallandi: Bibl. vett. Patr. I. p. XCV., Lumper: Hist. theol.-crit. II. p. 80. sqq.. Sed Alb. a Felde (Ad Koch. de dial. Just. M. c. Tr. epist. p. 19.) recte monet illius critici scutum nimis perforatum esse vel unius Lud. El. du Pin (Nouv. bibl. I. p. 61.) spiculis. Praeterea Valesianae sententiae acriter restiterunt Pagi: Crit. hist.-chron. in annal. eccl. Baron. ad ann. 162. n. 2. sq. T. I. p. 156. sq., Tentzel: Diss. sel. Vol. I. p. 422. sqq., Grabe: Spic. SS. Patr. sec. II. p. 144. sqq., Ruinart: Admon. in mart. Ptolem., in Actis Martyrum p. 43., Tillemont: Mémoir. II. p. 654. sqq. not. 13., Ceillier: Hist. gén. d. aut. eccl. II. p. 19. sq., Maran: l. c. p. XCIII. sq., Moaheim: l. c., Semisch: l. c. p. 911. sqq. alii.

cunda M. Aurelio et Luc. Vero dicata fuisset, Justinum plurale numerum usurpasse. Veruntamen si apologia revera Pio exhibita est, simili modo pluralis desideraretur, quoniam inde ab anno 147. M. Aurelium imperii collegam sibi associaverat. Si quis forte dixerit, eam esse ante illum annum oblatam, is legat c. 3. p. 47. B., c. 14. p. 51. E. et c. 15. p. 52. C., ubi complures imperatores compellantur. Nec est, cur illo numero singulari (σοι τῷ αὐτ.) offendamur. Etenim in Justini Actis praefectus mox unum mox plures imperatores commemorat; huc accedit, quód mulier illa, quum Verus ad Parthicum bellum profectus procul abesset, sane uni dumtaxat imperatori, nimirum Marco, libellum poterat exhibere. Jam oppugnemus alterum quo Valesius militat argumentum, inde repetitum, quod Lollius Urbicus in apologia II. commemoratus tempore Antonini Pii praefecturam urbanam gesserit. Pugna est minime periculosa. Quid enim impedit, quominus istum, qui Pio imperante praefectus erat, eadem dignitate sub Marco fuisse praeditum dicamus [8])? His autem duobus Valesii argumentis refutatis, ad tertium ab eo prolatum properemus, quod ipse Neander non dubitavit defendere. Etenim, inquit, in Lucii oratione neque philosophi titulus in Verum, neque in Marcum cognomen Pii quadrat; ergo (hoc enim concludere licet) ille Christianus Antoninos et Pium et Philosophum designatos voluit. Quod ad prius illud attinet, persuasissimum mihi quidem est, Lucium Verum recte a Justino Philosophum appellari, quo cognomine adhuc puer jam in prima apologia ornatus erat [9]). Ad alterum his Marani verbis respondemus: „In titulo Pii, qui alteri imperatori tribuitur, non Antoninus agnoscendus est, sed Marcus, cui etsi nondum senatus hujus nominis honorem decreverat, mirum tamen aut incommodum videri non debet, si ei a privatis hominibus, quales erant Lucius et Justinus, defertur.“ Atque revera Marcum Aurelium nomine Antonini Pii nuncupatum esse,

8) Sis praeterea vide Göz: Just. d. M. zw. Apol. etc. p. 131. not..

9) Cf. quae supra §. 5. not. 25. observavimus. Adde Eichstad.: Exerc. Anton. I., rec. in Annal. acad. Jen. Vol. I. p. 237. not. 27..

non solum Themistius in narratione mirabilis illius pluviae, Suidas alii [10]), sed etiam nummi lapidumque inscriptiones [11]) luculenter testantur. Jam adde aliud argumentum ad nostram sententiam defendendam. Nullibi enim in veterum monumentis M. Aurelius *Καίσαρος παῖς* appellatur; quodsi apologiam Antonino Pio traditam crederemus, illud cognomentum Marco contra consuetudinem a Lucio imponeretur. Revera autem Verus jam prioris apologiae initio hunc titulum acceperat a Justino: *Καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ Καίσαρος* (h. e. L. Aelii Veri, qui ab Hadriano adoptatus, ut Capitolinus narrat, primus Caesar est dictus) *φύσει υἱῷ*. Quid porro? Haudquaquam conveniebat, ut Justinus, si apologia II. Pio oblata fuisset, Marci quidem et senatus Romani, non tamen Lucii Veri, quem in priori apologia claris verbis nominat, mentionem faceret. Quae quum ita sint, erit acquiescendum in vulgata sententia, a Veteribus jam proposita, ex qua hic apologeticus M. Aurelio et Luc. Vero est repraesentatus. Sed quonam tempore? Crediderim non ita multo ante Justini interitum, fortasse anno 164.; nam quod ipse exspectaverat in ap. II. c. 3. p. 46., se propediem a Crescente in judicium capitis vocatum iri, id evenisse confirmat praeter Tatianum, Eusebium, Photium [12]) etiam auctor Chronici Alexandrini, cujus testimonium haud contemnendum est [13]).

10) Cf. Them. Orat. 15. p. 235. ed. Dindorf.: *Ἀντωνίνῳ* (i. e. Aurelio) *τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι, ᾧ τοῦτο αὐτὸ ἐπώνυμον ὁ Εὐσεβὴς ἦν.* Vid. quae Semisch l. c. p. 923. docte de hoc loco disputavit. Suidas s. v. *Μάρκος*: *Μάρκ. — ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθείς.* Grabius l. c. p. 145. verba excitat Julii Capitolini: „Marco Antonino in omni vita philosophanti viro et qui sanctitate vitae omnibus praecelluit" etc. Coll. praeterea Eutropii Brev. hist. rom. VIII. 11., Herodiani Hist. Rom. I. 2., Zonarae Annal. T. I. p. 596. C.. Etiam inde liquet, Marco illum titulum a Lucio tribui potuisse et haud inepte Justinum ap. II. c. 15. p. 52. dicere: *Εἴη οὖν καὶ ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι.*

11) Vid. Gruteri Inscription. antiq. totius orbis Rom. p. 258..

12) Tat. Or. c. Gr. c. 19., Eus. H. E. IV. 16., Phot. Bibl. Cod. 125..

13) Cf. p. 606. ed Rader.: *Ἰουστῖνος φιλόσοφος τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς Μάρκῳ*

§. 9.

Quorundam est opinio criticorum, nimirum Scaligeri et Papebrochii[14]), Justini libellum Marco Aur. oblatum sic periisse, ut ad nos nunquam pervenerit. Nam, ajunt, qui hodie pro illo habetur, fuit prioris inductio s. praefatio. Hunc errorem jam Kortholtus, Pagius aliique refutarunt[15]). Et recte quidem. Certe enim Eusebius H. E. IV. 16., postquam Justinum apud Marcum et Lucium causam Christianorum egisse testatus est, statim ex illa apologia insignem locum affert, ubi de Crescente sermo est, qui locus revera in apol. II. c. 8. p. 46. D. reperitur. Sed, respondet Papebrochius, locus Eusebianus non recte vertitur, quoniam verba *ἐν τῇ δεδηλωμένῃ ἀπολογίᾳ* non significant: „in supra dicta apologia," de qua Eusebius nunc loquitur, sed: „in publicata," scilicet ut discernatur ab ea, quae ab imperatoribus aut paganis suppressa non in publicum prodiit. Quis ita interpretatus fuerit sanus criticus? Nonne Eusebius modo dixerat: *Κατὰ τούτους δὲ καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἰουστῖνος, δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀνάδοὺς τοῖς δεδηλωμένοις* (i. e. antea memoratis) *ἄρχουσι*, unde liquet, voces *δεδηλωμένοις* et *δεδηλωμένῃ* eodem sensu deinceps esse usurpatas, quo centies apud hunc historicum occurrunt? Etiam Chronographus vulgo Alexandrinus locum affert ex secunda, quam vocat, apologia, qui hodie revera in ea legitur. Alia praeterea obstant Scaligeri

---

Αὐρηλίῳ καὶ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ τοῖς αὐτοκράτορσι, θείῳ κατακοσμεῖται μετ' οὐ πολὺ στεφάνῳ τῷ τοῦ μαρτυρίου, Κρίσκεντος αὐτὸν ὑποβάλλοντος. Haec quoque est Clar. Hasii l. c. p. 64. (coll. Möhler: *Patrolog.* ed. Reithm. I. p. 201. sq.) sententia, dicentis: *Die Antwort des philosophischen Kaisers, oder vielmehr eines in der 2. Apologie angegriffenen cynischen Philosophen Crescens, war die Hinrichtung des christlichen Philosophen zu Rom* [*um* 165.].

14) Scal.: Animadvv. in Chron. Eus. p. 219., Papebr. ad d. 13. Apr. Bolland. p. 106..

15) Korth.: Tract. de persequutionibus eccl. primitivae sect. V., Pagi: l. c. ad ann. 148. n. 3. p. 147. sq., Tentzel: l. c. p. 428. sqq., Tillemont: l. c. p. 656. sq., Ceillier: l. c. p. 18. sq., Maran: l. c.; coll. Heinichen. ad Euseb. T. I. p. 364..

et Papebrochii commentis. Juvat, ne longi simus, unum hoc monere, quod Justinus in altera apologia ad nonnulla relegat, de quibus jam alias a se disputatum esse dicit [16]), verbis usus: ὡς προέφημεν i. e. „ut antea diximus," non autem: „ut modo dicemus," quod exspectatur, si haec apologia fuerit prioris praefatio. Merito atque optimo jure Justinus, quin etiam cum quadam urbanitate, non diserte apologiam priorem nominat idcirco, quod in tabulariis publicis deposita neque oblivioni data fuerat [17]) ita, ut memoriam ejus M. Aurelius et Lucius Verus, quibus, ut ex titulo apparet, pariter atque Antonino Pio, senatui populoque Romano dicata erat, sibi facillime possent redintegrare [18]). Ceterum duo fragmenta, quae Grabius [19]) dedit, ex mera conjectura, ut saepissime facere solet, apologiae secundae attribuit. Atque cum ex ejus opinione post verba τὸ καλὸν ὁρμῆσαι (c. 1. p. 41.) injuria temporum multa excidissent, lacunam priori explendam fragmento (ex Joannis Dam. Par. p. 369.) existimavit. Sed hunc criticum cum omnibus fere editoribus operum Justini errasse, nuper a Braunio, qui ad l. l. sententiarum nexum probe descripsit, luculenter est demonstratum.

---

16) Vid. ap. II. c. 4. p. 43. D. (coll. ap. I. c. 10. p. 58. B.), c. 6. p. 45. A. (c. 23. p. 68. C.), c. 8. p. 46. C. (c. 46. p. 83. C.).

17) Postulaverat Justinus ab imperatoribus, ut senatum populumque Rom. hujus supplicis libelli cognitores adsciscerent (c. 56. p. 91.) et in dial. c. 120. p. 349. (ἐγγράφως Καίσαρι, vid. Maran. ad h. l. et Vales. ad Eus. H. E. IX. 5.) illum ad Acta oblatum confirmat.

18) Quapropter haud contenderim cum Neandro l. c. p. 745: *Eine auffallende Erscheinung ist es auch, dafs Justinus sich in dieser Apologie zweimal auf das Vorhergesagte beruft, was doch nicht in dieser Apologie, sondern in der ersten vorkommt.*

19) L. c. p. 173. sq.; coll. Maran: Append. P. II. p. 598. et Gallandi: Bibl. Patrum T. I. p. 607.

CAPUT III.

Πρὸς Τρύφωνα Ἰουδαῖον διάλογος.

§. 10.

Justino, Ephesi quondam in Xysti spatiis ambulanti, occurrit Judaeus quidam, nomine Tryphо, qui ex bello in patria excitato [1]) profugus in Graeciam venerat, ubi philosophiam coeperat in deliciis habere. Pallium Justini philosophicum Judaeo illi ansam praebet eum liberaliter compellandi ita, ut Martyr de veritate et praestantia religionis christianae disputationem incipiat, quam per biduum [2]) habitam literis consignavit (p. 101. — 232. ed. M., p. 217. — 371. ed. C.) [3]). Tryphonem tunc temporis Hebraeorum fuisse celeberrimum testatur Eusebius H. E. IV. 18: *Καὶ διάλογον δὲ πρὸς Ἰουδαίους συνέταξεν, ὃν ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων πόλεως πρὸς Τρύφωνα τῶν τότε Ἑβραίων ἐπισημότατον πεποίηται.* Quibus ver-

---

1) Tillemont (Mém. II., p. 384.) verba Justini in dial. c. 1. p. 217: *Φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον* minus belle, ut Maranus (Praef. P. III. p. LXXXIX.) monet, ad bellum quoddam obscurum Antonino Pio regnante cum Judaeis gestum retulit. Sed quum *νῦν* particula, ut Latinorum „nuper," audiat id, quod nostra aetate factum est, nihil obstat, quominus intelligamus rebellionem a Bar Cochba excitatam contra Romanos extremis Hadriani temporibus, de qua cfr. Jost: *Gesch. d. Israel.* III. p. 181. sqq..

2) Hoc liquet ex c. 78. p. 304., c. 85. p. 311., c. 92. p. 320., c. 94. p. 322., c. 118. p. 346.; Joannes Dam. Sacr. Par. T. II. p. 754. ed. Leq. excitat locum *ἐκ τοῦ πρὸς Τρύφωνα β' λόγου* i. e. ex secunda parte dialogi.

3) Quod quidem ipse promiserat adversario ejusque amicis supervenientibus c. 80. p. 306: *Ὅτι δ' οὐκ ἐφ' ὑμῶν μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε, τῶν γεγενημένων ὑμῖν λόγων ἁπάντων, ὡς δύναμίς μου, σύνταξιν ποιήσομαι.* Etiamsi fortasse hic dialogus viva voce habitus non sit, ut jam du Pin (Nouv. bibl. I. p. 57.) censuit, verisimile tamen est, Justinum saepius, quemadmodum cum paganis philosophis (Ap. II. c. 3. p. 47.), ita cum Judaeis disputasse, quorum post reipublicae excidium scholae extra Palaestinam florebant. Nescio an Noster imitatus sit in hoc dialogo Aristonis Pellaei *διάλεξιν Παπίσκου καὶ Ἰάσωνος.* Cf. Schmidt; *Handb. d. chr. K.G.* ed. 2. T. I. p. 477..

bis fretus Grabius firmat Cavei[4]) conjecturam, Tryphonem esse forsan illum Akibae sive praeceptorem sive collegam, quem Talmudici Rabbi Tarphonem (רבי טרפון) et vulgo Sacerdotem divitem (הכהן העשיר) vocant. At Relandus vero et Maranus[5]) demonstrarunt, Tryphonem inter socios quidem, qui cum ipso Justinum audirent, auctoritate et scientia floruisse, sed, si unquam Rabbinus fuerit, ad ejusmodi honorem non pervenisse nisi post hunc dialogum, utpote in quo cum eo tamquam Rabbinos duces more caecorum sequente agatur. — Nuncupavit hoc opus, quod fere omnibus Romae compositum videtur, Justinus Marco Pompejo, quem c. 8. p. 225. et c. 141. p. 371. φίλτατον appellat. Jo. Langus interpres Pompejum hunc suspicatur fuisse Hadriani vel Antonini ducem, qui Judaeos profligasset. Grabius[6]) hac opinione refutata, conjecit Marcum episcopum Hierosolymitanum. Sed ipse dubitat, quod de cognomine Pompeji non constet. Kestnerus[7]) denique Marci ejusque soceri Pompejani nomina legenda esse censet: *Μάρκε καὶ Πομπηΐανε*. Sed non animadvertit vir doctissimus, adversari additum nomini epitheton: ὦ φίλτατε *Μάρκε Πομπήϊε*, quod Marco soli tributum, ineptam et prope importunam reddit appellationem Pompejani[8]). Nihil certe ex istis verbis ὦ φίλτατε conjicere licet, nisi hoc, Marcum Christianum fuisse veritatisque amicum.

§. 11.

Jam vero examinemus, quo tempore confectus fuerit dialogus. Scaligerus[9]) eum scriptum esse existimat sub finem

4) Scriptt. eccl. hist. lit. p. 28. eumque praeter Grabium (Spic. II. p. 157.) secuti sunt Carpzóv: Introd. in theol. jud. p. 84., Tentzel: Exercitt. sel. Vol. I. p. 435., Göz: Just. d. M. zw. Ap. etc. p. 132.. De aliis consulas Wolfium: Bibl. Hebr. T. II. p. 837..

5) Reland: De Tryphone Judaeo Justini M. antagonista, in Biblioth. Brem. I. 2. p. 86. sqq., Maran: l. c..

6) L. c. p. 160.. Merito hanc conjecturam respuunt Thirlby: Adnotatt. in dial. p. 436. et Maranus: l. c. p. LXXXVIII..

7) Agape p. 429. not. 180.

8) Verba reddidimus Perill. Eichstadii (Exerc. Anton. III., in Annal. acad. Jen. I. p. 266.) ad rem nostram aptissima.

9) Animadvv. Euseb. p. 219..

imperii Hadriani, quod Trypho c. 1. p. 217. dicat: *Φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον.* Sed jam Grabius, posteaquam de usu particulae *νῦν* respondit Scaligero, addit, non potuisse istum sub Hadriano scribi, ne haberi quidem propter verba c. 120. p. 349., quibus aperte apologiarum alterutra allegetur: *Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιούμενος ἐγγράφως Καίσαρι προσομιλῶν εἶπον πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν θεὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι.* Respicit sine ulla dubitatione Justinus ad prioris apologiae Antonino Pio dicatae c. 26. p. 69. D., coll. c. 56. p. 91. B. Annus autem, quo consignatus fuerit dialogus, non potest accurate definiri. Hoc dumtaxat conjicere licet, eum non tam Marco Aurelio quam Antonino Pio imperante scriptum esse [10]). Dicit enim Justinus c. 16. p. 234: *Οὐ γὰρ ἐξουσίαν ἔχετε αὐτόχειρες γενέσθαι ἡμῶν διὰ τοὺς νῦν ἐπικρατοῦντας· ὁσάκις δὲ ἂν ἐδυνήθητε, καὶ τοῦτο ἐπράξατε.* Favebat igitur Christianis imperator, alioquin Judaei, seminarium illud infamiae Christianorum (Tertull. ad nation. I. 13.), de quibus l. c. sermo est, suam effudissent iracundiam in Christianos, vel furorem Romanorum contra eos excitassent [11]). Unde sequitur, Antoninum Pium imperii fasces tenuisse, non Marcum Aurelium, qui, etiamsi forte nunquam legem sciverat contra Christianos, injurias tamen ab eis non propulsabat.

---

10) Hoc plurimi critici censent, ut Pearson: Vindic. Ignatii P. II. p. 78., Pagi: Crit. in Baron. ad ann. 148. n. 6., du Pin: l. c., Longuerue: Diss. de vita Just. p. 223., Maranus: l. c.; coll. Lücke: *Versuch einer vollst. Einleitung in d. Offenb. Joh.* p. 275.. Grabius existimat. (l. c. p. 159.) exaratum esse dialogum inter annum Christi 150. et 160. et Lumper (Hist. theol.-crit. II. p. 89.) annum 140. designat. Eum ante a. 143. non confectum esse, demonstrare studet Alb. a Felde: Ad Koch. de dial. Just. M. c. Tr. epist. p. 11. sq..

11) Judaeos sese, simulac fieri possit, cum gentilibus ad Christianos opprimendos conjungere, testatur Noster c. 110. p. 337: *Ὅσον ἐφ' ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις* (i. e. paganis), *οὐ μόνον ἀπὸ τῶν κτημάτων τῶν ἰδίων ἕκαστος τῶν Χριστιανῶν ἐκβέβληται, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου παντὸς ζῆν μηδενὶ Χριστιανῷ συγχωροῦντες.*

§. 12.

Grabius [12]) mancum ad nos pervenisse dialogum judicat, ejusque viri eruditi satis graves videntur esse causae; nam nusquam finis prioris colloquii, nusquam posterioris initium invenitur, licet disputatio per duos dies continuata sit. Lacuna autem Grabio monente est ponenda inter c. 78. p. 304. inde a verbis: *Ὅτι δὲ Ἡσαΐας καὶ περὶ κ. τ. λ.* et c. 70. p. 296. inde a verbis: *Ὅταν δὲ οἱ τὰ τοῦ Μίθρου κ. τ. λ.*. Quod enim hic pronuntiaverat Justinus de Mithrae mysteriis, id repetit sequente die (c. 78. p. 304.) in gratiam eorum, qui pridie non adfuerant. Verum enim vero equidem sententiarum ordinem considerans, nihil vacui invenio; scilicet, ut jam Maranus probe ostendit, a c. 70. ad c. 78. usque disputatio egregie cohaeret. Justinus enim, loco Jesaiano (XXXIII. 13.), quem Mithrae sacerdotes imitatos esse opinatur, usus, Judaeorum, qui septuagintaviralem versionem negligentes vel ex ea aliquot testimonia de Christo sustulerint, vituperat falsam interpretationem Scripturarum et explicaturus c. 71. p. 297. verba Jesaiae (VII. 14.): *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται*, quae aliter a Judaeis reddantur, a Tryphone interpellatur rogante, ut ex Scripturis, quas deletas fuisse dixerit, nonnullas saltem in medium proferat. Justinus igitur e Psal. XCVI. 10. (c. 73. p. 298.) Judaeos post verba *ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν* illud *ἀπὸ τοῦ ξύλου* [13]) abstulisse contendit et Tryphonem, qui hunc Davidicum psalmum non de Christo, sed de Deo dictum vult, refutare conatur permultis Scripturae testimoniis. Denique adversarius (c. 77. p. 302.) se victum esse confessus, rogat Martyrem, ut jam antea inceptam explicationem loci proponat Jesaiani. Atque hic morem gerit dataque copia simul quae praecedente die locutus erat de Mithricis mysteriis repetit. Maxime autem Grabius

12) L. c. p. 160. sqq.; coll. quae de integritate hujus operis incorrupta disputarunt Maranus: l. c. p. XC. sq. et Möhler: *Patrologie* ed. Reithm. I. p. 207. sq..

13) Vid. Stroth in *Repert. für bibl. u. morgenl. Liter.* II. p. 71. sq. et Credner: *Beitr. z. Einl. in d. bibl. Schr.* II. p. 128. sq..

multa cum fine prioris dialogi intercidisse credit propterea, quod ibi nonnulla frustra quaerantur, quae apertis verbis allegantur in parte libelli posteriore. Profitetur enim Justinus c. 85. p. 312., se pridie usum fuisse verbis Ps. CXLVIII. init.: *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν κ. τ. λ.*; non tamen in praecedentibus tale quidquam reperitur, neque ibi usquam mentio fit sententiae c. 64. p. 288. propositae: *Καὶ ἐκ τῶν ἄλλων, ὧν προεῖπον κ. τ. λ.*. Ast quum omnia ut modo exposuimus optime cohaereant, dialogum mutilatum esse vix crediderim. Neque Justinus reprehendendus est, quod ad nonnulla revocat, quae antea claris verbis non tetigerat. Nonne id nobis apud scriptores optimae notae occurrit, in libris potissimum majoris molis, quibus haud dubie adnumerare licet dictum dialogum? Quid? Summa laude dignus est vir optimus, quippe qui, quae ante praetermiserat, in altera parte aptissime compenset. Grabius vero et Londinenses editores plane errarunt opinati inter verba c. 74. p. 300: *Καὶ βασιλεύειν πάσης τῆς γῆς κατηξιωμένον ὑπ' αὐτοῦ* et locum ibi e Deuteron. XXXI. 16. citatum desiderari ea, quae prima vespera et sequente mane sint disputata [14]). Etenim quamvis lubenter concedamus cum Marano in notis ad h. l. quaedam deesse, perpauca tamen videntur culpa librariorum [15]) omissa esse, quae quidem iste monachus doctissimus ratione allata ita scite restituit: *Ὡς καὶ διὰ γῆς, εἰς ἣν ἔφη εἰσάξειν τοὺς πατέρας ὑμῶν, φαίνεται· ἔφη δὲ οὕτως.* Verba autem Scripturae sic explenda judicat: *Οὗτος ὁ λαὸς ἐκπορνεύσει ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων τῆς γῆς.* Fragmenta denique, quae Grabius [16]) affert, ex mera conjectura dialogo cum Tryphone obtrusit.

---

14) Jo. Langus ad h. l. invenisse se autumat verum sententiarum nexum, sed facile a Grabio refutatur.

15) His errandi ansam dedisse voces *τῆς γῆς* repetitas, quis est, quin statim intelligat?

16) Spic. II. p. 174. sq..

§. 13.

Hujus operis *γνησιότητα* nemo criticus [17]) in dubitationem vocaverat, donec initio saeculi XVIII. Chr. G. Koch, Vicepraepositus Apenradensis, in libro: *Justini M. cum Tryph. Jud. dialogus secundum regulas crit. examinatus et νοθεύσεως s. falsitatis et suppositionis suspectus atque convictus*, Kilon. 1700. 8. confidenter pronuntiare ausus est, non Martyrem illius parentem esse, sed quendam Tryphonem, Origenis discipulum. Quod ipse in praefatione praedixerat, „multos hac in nova et inaudita re ingentem auctorum syllabum allaturos summamque temeritatem ipsi objecturos esse," id quidem evenit [18]). Nam eodem anno Sleswici ab Alb. a Felde, professore theologiae in academia Kiloniensi, edita est: *Ad erudit. atque clar. Chr. G. Koch de dial. Just. M. c. Tryph. J. epistola.* Hac optime perstringit ratiunculas Kochii, cujus primarium *νοθείας κριτήριον* est, quod, licet Judaeos non gentilium nomina suis imposuisse constet, tamen Tryphonis nomen ex graeca lingua repetitum sit. At recte adversarius Judaeis etiam graeca latinaque fuisse nomina monet, afferens Aristobulum, Nicodemum, Philonem, Senecam aliosque permultos, qui exeunte judaica orti peregrinis nominibus vocati fuerint [19]). Porro aperte errat Kochius in eo, quod Justinum propter hebraicae linguae imperitiam cum Tryphone colloqui non potuisse contendit. Etenim, ut omittam quae praeterea Censor attulit, sermo hebraicus jam Christi temporibus in usu quotidiano amplius non erat [20]). Utebantur nunc Judaei dialecto aramaica ita, ut ne hanc quidem callerent extra Palaestinam viventes, qui graecae

17) Ne Harduinus quidem, famosus ille censor, qui e libris Justinianis hunc solum dialogum agnoscit genuinum.

18) Vid. praeterea quae de hoc Kochiano libro adnotavit Kestner: l. c. p. 342. not. 49..

19) Cfr. etiam celeberrimi quondam Jenensium theologi ac philologi J. A. Danzii Diss. de Tryphone, Justini M. collocutore, contra C. G. K. (coll. Heumanni Parerga Gotting. IV. p. 80. sqq.).

20) Cf. Gesenius: *Hebr. Gramm.* ed. 12. (Lps. 1839.) p. 9..

plerumque linguae assueti erant. Huc accedit, quod Trypho satis diu in Graecia et Corinthi praecipue versatus erat (Dial. c. 1. p. 217.). Tertium *νοθεύσεως* argumentum Kochius inde deducit, quod, quamquam Judaei prorsus rudes fuerint philosophiae, tamen Trypho *φιλόσοφον* se esse glorietur his verbis initio dialogi: *Ἐδιδάχθην ἐν Ἄργει ὑπὸ Κορίνθου τοῦ Σωκρατικοῦ.* Veruntamen in his verbis ipse Argus nullam vidisset jactantiam. Non videtur compertum habuisse iste putidus criticus, Aristobulum, philosophum Peripateticum magni nominis et Philonem, cujus philosophiae pleni libri exstant, gente fuisse Judaeos. Haec Kochianae doctrinae specimina sufficiant. Hujuscemodi sunt omnia caetera criteria e dogmatibus stiloque repetita et ab adversario facillime refutata. Atqui Kochius, satis virgula censoria notatus, tantum abfuit, ut victum se declararet, ut statim vires recolligeret[21]) in: *Epistola ad Alb. a Felde de Just. M. c. Tryph. dial. vere supposito.* Francof. 1701. 8., quumque alii viri docti signa sustulissent infesta, se defenderet libello ita inscripto: *Censura iniquae et temerariae censurae, quam E. Sal. Cyprianus, Jo. Fr. Buddeus et Nonnemo de dial. Just. M. c. Tr. J. sec. reg. cr. examinato et νοθεύσ. conv. tulerunt.* Lips. 1704. 8. Jam vero, quae in hoc certamine ab utraque parte disputabantur, in meram *λογομαχίαν* abierant. Anno sequenti a Cypriano Jenae publici juris factae sunt: *Vindiciae Justinianae*, et Hamburgi triennio post ab Alb. a Felde: *Invictae demonstrationes pro Just. dial. γνησιότητι vindicanda.* Postremo cramben saepenumero recoctam frustra recoxerunt: *Demonstrationes Alberti a Felde devictae et profligatae a C. T. M.* Flensburgi 1709.

Ratiunculis Kochii explosis quamquam dialogus ex vulgata sententia Justinianum opus putaretur[22]), tamen recentiori-

---

21) Auctor epistolae sub nomine inducitur Godofr. Wagneri. Vid. Stolle: *Nachricht. von d. Leben, Schriften u. Lehren der K.V.* p. 53. et Walch: Bibl. patr. ed. Danz. p. 286..

22) Adversus exceptiones Wetstenianas (Prolegg. ad N. T. ed. Seml. p. 174.), inde sumtas, quod textus graecus, quo utatur Justinus, in dialogo non consentiat cum versione *τῶν ὁ*, sed magis accedat ad Ori-

bus temporibus Sam. G. Lange [23]) ejus authentiam negavit, acute conjiciens, Justinum mediocriter doctum, quum Tryphonem praeclara eruditione ornatum convincere non potuisset, aut ab aliquo amico judaicae theologiae non experti, dialogum suo nomine conficiendum curasse, ut saltem causa christiana defenderetur, aut (hanc enim alteram addit V. D. ipsi minus probabilem dialogi conscribendi rationem) quempiam post Justini mortem fama illius colloquii Christianis injucunda commotum, talem librum, hodie adhuc exstantem, ultro evulgasse. Ecce vero, non defuit Justino vindex. Namque contra Langiana argumenta non adeo gravia et argutius quam verius in medium prolata, dialogi *γνησιότητα* docte copioseque tuetur Guil. Münscher, vir exquisita scientia praeditus, in programmate, quod Marburgi a. 1799. foras dedit: *An dialogus c. Tryph. Justino M. recte adscribatur* [24]). „Quo enim, recte l. c. p. 6. ait, pauciora supersunt christiana primorum saeculorum monumenta, eo magis cavendum est, ne haec iniqua suspicione incerta reddantur.“ Langius ipse concedit, omnia Veterum testimonia dialogum nostrum ad Justinum M. referre; atque hoc luce clarius appareret ex Eusebii H. E. IV. 17., ubi multa afferuntur, quae cum nostro dialogo c. 17. p. 234. E. 235. A., c. 39. p. 258. B., c. 81. p. 308. A., c. 87. p. 315. B. et alibi saepius consentiunt [25]). Quin etiam ejus auctorem Martyrem esse, evidenter potest colligi ex c. 120. p. 349., ubi, ut supra demonstravimus, ad apologiam majorem respicit, simul addens, se popularium, nempe Samaritanorum, nullam habuisse curam. Quis porro est, quin

---

genis edit. hexaplarem, disputavit H. J. Krom: Diatr. de authentia dialogi Just. M. cum Tryph. etc. Mediob. 1778. 8. et Andr. Gallandi: Bibl patrum T. I. p. LXXXV. sqq.; coll. Lumper: l. c. p. 87.. Addendi Stroth: l. c. I. p. 38. II. p. 74., et Credner: l. c. p. 312. sqq..

23) *Ausführl. Gesch. d. Dogmen* I. p. 139. — 144..

24) Exstat etiam in Comment. theol. ed. Rosenm., Fuldner et Maurer I. 2. p. 184. sqq..

25) Neque ignorarunt dialogum Irenaeus et Tertullianus, ut praeeunte Londinensi utroque editore probe demonstravit Maranus in annotationibus ad c. 6., 19., 77., 78., 83., 84., 86., 87., 89., 90., 91., 94., 100. al.; ad hunc criticum ablegare sufficere putamus.

Langium, verba c. 1. p. 217: *Εἰμὶ δὲ Ἑβραῖος ἐκ περιτομῆς — ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Κορίνθῳ τὰ πολλὰ διάγων* ad auctorem dialogi referentem, toto coelo errare intelligat? Quae quum ita sint, interna quae vocantur argumenta, ab illo critico ad suam sententiam stabiliendam allata, breviter duce Münschero perlustremus [26]). Ac primum quidem a stilo repetitum doctrinaque elegantiori, quam qualis in apologiis inveniatur, prorsus nihil valet. Certe in eo tantum discrimen cernitur, quod in dialogo dicendi genus minus languidum est propter quaestiones saepenumero positas, in eoque, si materiam respicis, auctor ex proposito placita et ritus convincere studet Judaeorum, ad quorum captum se debebat accommodare; at in apologiis vero, quarum alius finis erat, optimo jure ad paganorum judicium se totum fingit. Porro Langius dialogi *νοθείαν* inde sumit, quod ejus conscriptorem, sine ulla dubitatione Judaeo-Christianum, theologiae judaicae, cujus rudis fuerit Justinus pagano sanguine natus, intelligentem inveniamus existimatorem. Hallucinatus est vir doctus. Nam quum Justinus, Palaestina oriundus (Ap. I. c. 1. p. 53.), Judaeorum opiniones novisset, imo forte ab ipsis Ebionitis ad Christi doctrinam conversus esset, quid tandem mirum, quod, sicuti omnes veteris ecclesiae doctores, creberrime vetere Testamento uti soleret vel contra paganos [27])? Et in dialogo quidem, utpote in quo cum Judaeis, apud quos sacrorum librorum summa erat auctoritas, certandum esset, necesse profecto erat, contra objectiones ut accuratius defenderentur V. T. vaticinia, divinam originem christianae religionis probantia, et typi ad Jesum Chr. pertinentes exquirerentur. Neque soli Christiani Judaici imaginum V. T. explicandarum arte callebant, ut Langio videtur, sed (id quod recte ejus adversarius urget) omnes illius temporis Christiani

26) Hoc imprimis propterea satius duxi, quod etiam nostris temporibus nonnulli viri docti in dubio versantur, velut Augusti: *Lehrb. d. chr. D. G.* ed. 4. p. 48. not. 2.; coll. *Denkwürdigk. aus d. chr. Archaeol.* VII. p. 13. et p. 78..

27) Nimirum in apol. I. inde a c. 30. p. 72. ad finem usque permultos exponit prophetarum locos ad praestantiam rei christianae defendendam.

exceptis Gnosticis quamlibet V. T. paginam ad Jesum Naz. Judaeis promissum Messiam referebant. Porro neutiquam ita magnus in dialogo literarum reperitur judaicarum apparatus, quod, ut unum afferam exemplum, facile est ad intelligendum ex c. 103. p. 331., ubi satis inepte vocabulum Σατανᾶς explicatur. Tertium Langii argumentum inde ducitur, quod in dialogo propositae sententiae iis, quae in apologiis deprehendantur, crebro prorsus repugnent. Nempe dialogi auctorem contendit despicere philosophos gentiles, quorum Justinus in libris apologeticis fuerit fautor et patronus. Quod vero quantumvis ita se habeat, inde tamen perperam νοθεία dialogi conjicitur. Non enim refugiebat vir optimus, ut ceteri Patres, sententiarum quandam dissimulationem, quo certius quod vellet impetraret. In apologiis igitur, ubi Christianis eandem cum philosophis graecis impunitatem impetrare studet, hos μετὰ λόγου viventes illorum esse nomine dignos testatur. Quid? Philosophorum si adversarius exstitisset in apologia posteriori, qui tandem ab Marco Aur. philosophiam studiose colente indulgentiam Christianis consequi potuisset? Ab hoc imperatore haud scio an propter solam philosophiae accusationem tamquam ἄθεος morti traditus fuisset. Longe secus res sese habet in dialogo, ubi scilicet Justinus narrat, quomodo a sene illo, refutatis philosophorum placitis, edoctus sit de praestantia christianae religionis, cujus ex fonte salutari unica consolatio hauriatur. Itaque non est, quod miremur, Justinum in apologiis paganos philosophos laudasse, reprehendisse in dialogo cum Judaeis, praesertim quum hi ad prophetas V. T. tamquam solos vere σοφούς provocare consuevissent. Quod denique Langius haud probabile arbitratur, Justinum gentilem contra Judaeos scripsisse, id Münscherus historia duce confutat. Quemodmodum enim Paulus apostolus lubentissime paganos ad regnum divinum vocabat a Christo omnibus destinatum hominibus, sic vice versa Clemens Alexandrinus, Tertullianus aliique ecclesiae Patres ethnica gente oriundi libros composuere adversus Judaeos.

SECTIO SECUNDA.

DE LIBRIS, NON AB OMNIBUS CRITICIS JUSTINO ATTRIBUTIS.

§. 14.

Primarium critici munus in accurata cernitur disquisitione de veterum librorum *αὐθεντίᾳ*, at summa tamen est cautio adhibenda, ne nimio studio abreptus genuinos libros in dubium vocet neve commoveat in eos suspicionem, qui satis firmo nituntur fundamento. Quod in nonnullis Justini operibus dijudicandis accidisse videtur inprimis Herbigio, cujus quidem rationes allatae, ut animi sententiam libere profitear, neutiquam illa *νοθεύσεως* convicerunt; non enim satis respexit, judicium, quo libri, uni scriptori attributi, ob sententiarum aliquarum diversitatem et repugnantiam ad diversos auctores referantur, sedulam curam et cautionem maximam postulare. „Vel acuti scriptores, ait scite Münscherus [1]), artis criticae peritissimus, non semper sibi constant, contrariasque interdum sententias defendunt, vel ex memoriae aut attentionis vitio, vel ex animi quadam fluctuatione, vel ex studio sententiam suam lectorum captui accommodandi. Minus accurate igitur ageremus saepissimeque falleremur, si hanc legem criticam scriberemus: *Libri, quorum quaedam sententiae inter se pugnant, ejusdem auctoris esse non possunt.* Imprimis ad eos scriptores, qui ea, quae scribant, diligenter expendere et notionibus satis distinctis et definitis operam dare non solent, ista lex applicari sine aperto errandi periculo non potest.“ Quibus Justinum esse adnumerandum, neminem vere criticum, qui ejus scripta attente perlegerit, infitiari probe scio [2]). Jam vero, quoad per praesciptos libello nostro limites liceat, de singulis disputemus.

1) In progr.: An dial. c. Tryph. Justino M. recte adscribatur p. 16..

2) Legas quae non male de Justini scribendi ratione observarunt Junius: De Just. M. apologeta adv. ethnic. p. 17. sq. et Möhler: *Patrologie* ed. Reithm. I. p. 222..

CAPUT IV.

Λόγος πρὸς Ἕλληνας.

§. 15.

Eusebius H. E. IV. 18. praeter duas apologias totidem λόγους πρὸς Ἕλληνας Justino tribuens, hanc pusillam ad Graecos[3]) orationem (p. 1.—5. ed. M., p. 37.—40. ed. C.) tertio loco his verbis designat: *Καὶ ἄλλος ὁ πρὸς Ἕλληνας* (sc. λόγος), *ἐν ᾧ μακρὸν περὶ πλείστων παρ' ἡμῖν τε καὶ τοῖς Ἑλλήνων φιλοσόφοις ζητουμένων κατατείνας λόγον, περὶ της τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει φύσεως.* Similiter Hieronymus de viris illustr. c. 23: „Exstat ejus et aliud volumen contra Gentes, ubi de daemonum quoque natura disputat," atque Photius Bibl. Cod. 125: *Ἐν δὲ τῇ τρίτῃ* (sc. πραγματείᾳ) *περὶ φύσεως δαιμόνων διείλεκται.* Demonstrat Justinus in hac oratiuncula, ethnicorum ritibus nihil sancti inesse, deos esse scelerum notis inustos apud Homerum et Hesiodum, heroes effeminatos, solemnes conventus praebere tot flagitiorum irritamenta, ut homines nequaquam meliores, sed potius pejores evadant. Hinc hortatur ethnicos, ut quemadmodum ipse ad doctrinam christianam accedant, quae expulsis omnibus vitiosis cupiditatibus tranquillitatem animo atque serenitatem afferat[4]).

---

3) Sive gentes (Hieron. de vir. illustr. c. 23.), ut recte monet Baumgarten-Crusius: *Lehrb. d. chr. D. G.* I. p. 172.. Kestnerus vero, qui (*Agape* p. 333.) hanc orationem a Justino ex cathedra philosophica habitam opinatur Athenis, contendit (l. c. p. 337. not. 44.) voce Ἕλληνες solummodo populum graecum indicari.

4) Simili ratione in dial. c. 8. p. 225. dicit: *Βουλοίμην δ' ἂν καὶ πάντας ἴσον ἐμοὶ θυμὸν ποιησαμένους, μὴ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ σωτῆρος λόγων· δέος γάρ τι ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἱκανοὶ δυσωπῆσαι τοὺς ἐκτρεπομένους τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, ἀνάπαυσίς τε ἡδίστη γίνεται τοῖς ἐκμελετῶσιν αὐτούς.*

§. 16.

Caveus, Grabius aliique permulti [5]) hoc breve scriptum maxima parte mutilum esse dicunt, quia in eo contra testimonia Eusebii, Hieronymi et Photii nulla vestigia deprehendantur sermonis de daemonum natura. Sed non mediocriter errant illi critici; nam revera Justinus in eo de daemonibus agit, videlicet non de malis spiritibus, ex vulgari opinione in medio loco inter divinum numen et homines positis, sed de diis Graecorum [6]), quippe qui propter vanitatem gentilibus sint repudiandi. Unde sequitur, hunc libellum omnibus suis numeris et partibus expletum esse [7]). Etiam Maranus [8]) umbram pro veritate arripuit contendens, eum quidem Justinianum esse, sed non memoratum ab Eusebio, cujus diligentiam fugerit, cum sit brevissimus. Opinatur enim bonus monachus, ab antiquis Christianis deos paganorum vulgo δαίμονας s. δαιμόνια vocari ignorans, illam orationem, in qua Eusebius Justinum de natura daemonum disputare testetur, nihil aliud esse, quam librum περὶ τοῦ Παντός, a Photio (Cod. 48. p. 36. ed. Hoesch.) Cajo presbytero attributum, in quo de daemonibus sermo fuerit, ut pateat ex initio fragm. Hoescheliani (coll. le Moyne: Varr. sacr. I. p. 53. sqq.): Καὶ οὕτως μὲν ὁ περὶ δαιμόνων τόπος. Quid plura dicam? Improbavit nuperrime Marani opinionem Ern. Jul. Kimmel [9]), qui praeeunte Stephano le Moyne illud fragmentum Hippolyto proprium tradidit.

---

5) Cave: Scriptt. eccl. hist. lit. p. 28., Grabe: Spic. Patr. II. p. 149., Stroth: *Übers. d. Euseb* T. I. p. 278. not. 2., Heinichen ad Eus. H. E. IV. 18., Schmidt: *Handb. d. chr. K. G.* ed. 2. P. I. p. 471. alii.

6) Cf. Baumgart.-Crusius: l. c. II. p. 982. not. 2.; coll. quae infra disputabimus §. 61..

7) Fragmentum, quod Tentzel: Exercitt. sel. Vol. I. p. 174., Grabe: l. c. p. 171. et Maranus: Opp. Just. append. P. II. p. 595. ex Tatiani orat. c. Gr. c 18. allegant, tribuunt tantummodo ex conjectura orationi ad Graecos.

8) Opp. Just. praef. P. III. p. LXIX. et LXXI..

9) De Hippolyti vita et scriptis P. I. Jen. 1839. 8. p. 85. sq.; coll. Baumg.-Crusius: l. c. I. p. 172. not. 2..

§. 17.

Criticorum autem exceptis Oudino, Semlero, Herbigio et Moehlero [10]) vix unus est, qui Justino hanc ad Graecos orationem abjudicet; in dubio versatur Neander [11]), dicens: *Sodann haben wir unter dem Namen des Justinus eine kleine Anrede* (λογ. π. Ἑλλ.) *an die Heiden, auf die wohl keine unter den Inhaltsanzeigen der Schriften J. bei den Alten paſst, die aber wenigstens, wenn sie auch nicht von ihm herrühren sollte, da der Styl mehr rhetorisch ist, doch das Geprüge derselben Zeit an sich trägt.* Attamen hanc nullam aliam esse nisi eam, in qua Veteres Justinum dicunt disseruisse de daemonum natura, jam antea demonstravimus. Etiam alterum argumentum, praeterea ab El. du Pin, Oudino et Semlero [12]) in medium prolatum, exigui mihi videtur esse momenti; nam paulo expolitius et elegantius dicendi genus propterea secutus est Justinus in hac oratione, quod eam, ut ex ipso primordio [13]) apparet, non multum post conversionem [14]), fortasse circa medium quartum saeculi secundi decennium scripsit. Quid mirum, si hoc tempore, vixdum in Christianorum coetum receptus, classicorum graecorum, in quorum scriptis, ut ex ejus operibus luculenter patet, volutatus erat, dictionem imitando exprimere

---

10) Oudin: Comm. de scriptt. eccl. I. p. 189., Semler: *Vorreden zu Baumg. Untersuch. th. Streitigk.* II. p. 42. not. 44., Herbig: De scriptis, quae sub nomine Just. phil. et M. circumfer. p. 65. sqq., Möhler: l. c. p. 224..

11) *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I. 3. p. 748.; eadem argumenta nuper proposuit Möhler: l. c..

12) Oud. et Seml. ll. cc.. El. du Pin: Nouv. bibl. I. p. 58. dubitanter dicit: Quoi-que leur (sc. et orationis et cohort. ad Graec.) stile semble estre un peu different de celui de saint Justin, on peut pourtant les lui attribuer, sans lui faire aucun tort.

13) *Μὴ ὑπολάβητε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἄλογον ἢ ἀνεπίκριτον εἶναί μου τὸν ἐκ τῶν ὑμετέρων ἐθῶν χωρισμόν.*

14) Idem censent Ceillier: Hist. gén. II. p. 9., Maran: l. c. p. LXIX., Tzschirner: *Der Fall d. Heidenth.* ed. Niedn. I. p. 206.. Inprimis hanc sententiam defendit Junius: l. c. p. 11..

studebat, ipsa materia, de qua scribebat, invitatus et adjutus. Quid? In libris apologeticis exarandis, ut taceam de dialogo, in quo jam innumerabiles loci ex vetere Testamento citati orationem languidam reddunt, neutiquam ita affectus erat animus Martyris, in acerbissimos luctus vocati propter magnas Christianorum calamitates, ut ad ornatum oratorium consectandum promtus esset atque paratus. Nae hisce tempestatibus aspernatur et refugit animus scriptionem elegantem, comtam, politam, magis appetens orationem fortem atque virilem. Nonne porro, id quod recte observavit Grabius, diversis temporibus et locis saepe diversum in modum auctores scribere quotidiana nos docet experientia? De his hactenus. Jam audiamus Herbigium. Atque profecto refutatione vix dignum est primum ejus argumentum, quippe hoc, quod Justinus non a Graecis ad Christianos transierit illorum fabulis de diis cultibusque iis exhibendis non contentus, sed (ut in dial. c. 3. sqq. p. 219. sqq. narrat) ab illo sene persuasus, philosophos graecos de humanis atque divinis rebus nihil verum docere. At, amabo, fueratne Martyr una tantummodo causa commotus, ut Christo nomen daret? Nonne prout copia data erat, aliarum quoque mentionem facere licebat? Nempe in dial. l. c. disputaverat cum sene de philosophis, qui multa nondum intellexissent, ita ut prophetas cognosceret esse vere sapientes. Qui tandem huic sententiarum nexui convenisset Graecorum ritus et cultus memorare? Nonne ipse alio loco (Ap. II. c. 2. p. 50.) oblata occasione ex alia causa conversionem suam repetit? Atque in hac oratione ad Graecos prae ceteris id agit, ut sententiam exponat de gentilium religione superstitiosa atque scelesta, in qua, cum rei christianae praestantia comparata, nihil Deo acceptum inveniatur [15]). Deinde hoc Herbigius argumento nititur, quod Justinus, si Orationem scripsisset, longe alia ratione Graecos aggressus fuisset; nam sine dubio philosophiam Graecorum falsam esse ostendisset, veram contra religionem et philoso-

15) Baumg.-Crus. l. c. I. p. 172: *Die Rede an die Griechen — sprach von der Überzeugung Justins selbst.*

phiam in prophetarum et Christianorum praeceptis contineri. Hic viri docti scrupulus facile e medio tollitur. Justinus enim illud ostendit, nimirum in cohortatione ad Graecos, quae, etiam non ita multo post conversionem scripta, arctissime cum oratione ad Graecos cohaeret, ut quasi unum librum efficiant. Quis porro non statim intelligat, nihil omnino probare tales ratiunculas, quales haece sunt: Justinum, si Orationem scripsisset, aliquid de origine daemonum dixisse, praeter Homerum et Hesiodum alios auctores nomine appellavisse, Paulina verba non laudavisse [16]), magis dogmata religionis christianae respexisse, alia singula tetigisse. Hujusmodi argumenta a silentio repetita, quibus Herbigius mirifice delectatur, parum habent, quo commendentur. Vix denique sanus criticus provocaverit ad ea, quod in hac oratione formulae ὡς λόγος et φασίν (at cf. dial. c. 110. p. 336. al.), nec non καθάπερ — οὕτως pro ὃν τρόπον — τὸν αὐτὸν τρόπον (sed vid. ap. I. c. 66. p. 98. al.) exstent, quod voces ὅσιος, ἀνόσιος, ὁσιότης apud Justinum non tam saepe quam hic reperiantur, quod vocabulum Πλουτεύς semel pro Πλούτων legatur. Sed jam satis talium rerum minutarum! Haec igitur oratio, quum ad eam Justino abrogandam nihil certi prolatum sit et vero etiam nequeat proferri [17]), minime in dubium vocari potest, id quod etiam viri inter recentiores spectatissimi Münscherus, Tzschirnerus, de Wettius, Baumgarten-Crusius aliique censent permulti [18]).

16) Nescio, quid sibi velit Herbigius hoc argumento; nam etiam Paulina verba in aliis scriptis Justinus usurpat, sed, ut in nostra oratione, disertis verbis ipsum apostolum non nominat. Vide §. 54. not. 31.

17) Ipse Herbigius complura in oratione ad Graecos a Justino non esse aliena concedit.

18) Münscher: *Handb. d. chr. D. G.* ed. 2. I. p. 154., Tzschirner: l. c., de Wette: *Christl. Sittenl.* II. 1. p. 198., Zastrau: De Just. M. bibl. studiis. P. I. p. 5., Baumg.-Crusius: l. c., Lücke: *Versuch einer vollst. Einl. in d. Offenb. Joh.* p. 285., Lentz: *Gesch. d. chr. Dogmen* I. p. 83., Junius: l. c., alii.

CAPUT V.

Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας.

§. 18.

Hic tractatus (p. 6. — 35. ed. M., p. 1. — 37. ed. C.) ab Eusebio H. E. IV. 18. sic recensetur: *Καὶ αὖθις ἕτερον πρὸς Ἕλληνας εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ ἐπέγραψεν Ἔλεγχον.* Ita quoque Hieronymus de viris illustr. c. 23: „Et quartum (sc. volumen) adversus Gentes, cui titulum praenotavit *Ἔλεγχος*.“ Ex hoc libro nonnulla tamquam Justini allegavit non modo Joannes Damasc. Parall. T. II. p. 518. ed. Leq., quae Cohort. c. 5. p. 5. E. et c. 11. p. 11. E. exstant, sed etiam Steph. Gobarus ap. Phot. Cod. 232. p. 900. ed. Hoesch., quae Coh. c. 23. p. 21. leguntur. Et bene quidem observandum est, quod Photius l. c. de illo libro haecce addit; *Τῷ δὲ πρὸς τὴν ἑλληνικὴν μὲν δόξαν συνενήνεκτο μάχῃ, καὶ τοῦ Πλάτωνος ἔλεγχος κατεσκευάζετο.* Inde luce clarius apparet, Photium eundem librum indicare, de quo Cod. 125. p. 304. ait: *Ὁ δὲ τέταρτος αὐτῷ λόγος, ὁμοίως κατὰ τῶν ἐθνῶν συγκείμενος, ἔλεγχος ἐπιγραφὴν ἔχει* [1]). Atque profecto recte ita inscribi poterat, quoniam nihil aliud continet, nisi ethnicae superstitionis confutationem et demonstrationem antiquitatis religionis christianae, quippe quae sit vera philosophia [2]). Quare hortatur Justinus paganos, ut spretis ipsorum philosophis, quorum haud

---

1) Haec monui contra Herbigium: De scriptis, qui sub nomine Just. ph. et M. circumfer. p. 51. et Arendtium: *Krit. Untersuchungen üb. d. Schrift. Justins d. M.*, in v. Drey al. *Tübing. theol. Quartalschr.* 1834. II. p. 270. sqq., quos illud Photii Cod. 232. fugit. — Jam Cyrillus Alexandrinus multa ex hac cohortatione imitatus est sic, ut interdum ipsis Justini verbis utatur. Sed ne acta agamus, revocamus lectores ad Maranum, qui in notis ad cohort. c. 6., 7., 9., 15., 19., 20., 22. Cyrilli locos huc pertinentes laudavit.

2) Vid. Baumgart.-Crusius: *Lehrb. d. chr. D. G.* I. p. 172.. Etiam in dial. c. 8. p. 225. haec exstant: *Ταύτην* (rel. christ.) *μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον.*

raro absurdae sint opiniones, Christi disciplinam salutarem lubenter amplectantur. Nec quidquam impedit, quominus hic tractatus, qui, ut ex illis liquet, pariter polemicus (ἔλεγχος) atque paraeneticus erat, in libris editis non elenchus, sed vulgo λόγος παραινετικός inscribatur; eundem titulum Joannes Dam. quoque in suo Codice habuit [3]). Etenim satis notum est, jam veteres scriptores saepenumero plures una inscriptione posuisse [4]). Fortasse etiam fieri poterat, ut antiquus quidam librarius, initium hujus operis respiciens: Ἀρχόμενος τῆς πρὸς ὑμᾶς παραινέσεως, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, neglecto ἐλέγχου titulo scriberet: Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ Μάρτυρος λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας. Ceterum non possum, quin Marano assentiar dicenti [5]): „Haec ad Graecos cohortatio, cum leniori disputatione, non vehementibus querelis contineatur, scripta non videtur inter persecutionum incendia, quae S. Martyris majorem vim et animi dolorem excitassent, sed potius inter eas veluti inducias, quibus ecclesia tum, cum Justinus ad fidem conversus est, perfruebatur; atque id quidem caussae esse arbitror [6]), cur hujus orationis stilus, etsi Justinum omnino redolet, nitidior tamen et paulo expolitior sit, quam in aliis operibus.“

---

3) Cfr. Grabe: Spic. Patr. saec. II. p. 149.. Tillemont: Mém. II. p. 646: Le mesme ouvrage ne pouvoit-il pas estre appellé Elenchus par les uns, et Exhortation par les autres, puisque l'un et l'autre titre luy convient fort bien? Idem exposuit Ceillier: Hist. gén. II. p. 7. not. a.

4) Sis vide quae bene observavit Kimmel: De Hippolyti vita et scr. P. I. p. 77. not. 3..

5) Ed. Opp. Just. p. 5.; ejusdem sententiae sunt Danz: De Eusebio Caesar. Jen. 1815. p. 93. et Junius: De Just. M. apol. adv. ethn. p. 12..

6) Idem testatur contra El. du Pin (Nouv. bibl. I. p. 58.) Tillemont l. c. p. 645: S. Justin ne pourroit-il pas avoir un peu plus travaillé son style dans le commencement de sa conversion, dont cet ouvrage peut estre un fruit; et l'avoir negligé dans la suite pour s'occuper entierement au fond des choses. Idem animadvertendum est contra Herbigium: l. c. p. 63. et Moehlerum: *Patrologie* I. p. 225..

§. 19.

Hanc paraenesin Justino Mart. suppositam pronuntiarunt Oudinus, Herbigius, Arendtius et Moehlerus; haesitat Neander. Etenim scrupulum ei[7]) injicit, quod in cohortatione non, ut in apologiis, dicatur, paganos veritatem cognovisse auxilio λόγου σπερματικοῦ hominibus insiti, verum edoctos potius libris Mosis in Aegypto conservatis. At vero in apologeticis quoque libellis ad hunc externum veritatis cognoscendae fontem Justinus diserte provocat[8]). Quid? Etiam in coh. c. 14. p. 15. ait: Πόλλα γὰρ καὶ αὐτοὶ (φιλόσ.) ὑπὸ τῆς θείας τῶν ἀνθρώπων προνοίας (nimirum auxilio λόγου θείου σπερματικοῦ)[9]) καὶ ἄκοντες ὑπὲρ ἡμῶν εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν. Deinde semper respiciendum est, quo spectent illi libri[10]). Nam Justinus in cohortatione philosophorum[11]) sententias ex prophetarum vaticiniis non haustas ideoque falsas castigat, ut Graeci, quum ipsi veritatem ex omni parte cognoscere non potuerint, tamquam certos et exploratos auctores legant prophetas[12]). Revelatione igitur quasi primo religionis fonte ad philosophorum, quorum scriptis suam religionem fundari jactabant pagani, auctoritatem frangendam utitur. In apologiis contra, post cohortationem

---

7) *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I. 3. p. 747. sq.. Vide quae jam contra disputavit Junius: l. c. p. 10. not. 1.. Coll. Moehler: l. c..

8) Cf. ap. I. c. 44. p. 81. E. p. 82. A., c. 59. p. 92. C. — E., c. 60. p. 93. A. — C. al..

9) Cf. Credner: *Beiträge zur Einl. in d. bibl. Schr.* I. p. 115..

10) Multa profecto ad finis diversitatem commode possunt referri. Nam, ut aliunde exemplum afferam, Justinus, ne imperatorum invidiam crearet Christianis, doctrinam de regno mille annorum, quam prefessus est in dialogo, in apologiis, etsi saepius copia data erat, haud imprudenter ne verbo quidem tetigit.

11) Hi enim autumaverant, ἑαυτοὺς τῇ ἀνθρωπίνῃ αὐτῶν προνοίᾳ (non igitur λόγῳ divinitus misso σπερματικῷ, cujus mentio sententiarum nexui, ut quisque videt, obstitisset) τὰ ἐν οὐρανοῖς δύνασθαι γινώσκειν σαφῶς noluerantque παρὰ τῶν εἰδότων (προφητῶν) μανθάνειν (coh. c. 7, p. 8.).

12) Idem in dial. c. 7. p. 224. testatur: Οὗτοι enim, antiquiores Graecorum philosophis, μόνοι τὸ ἀληθὲς καὶ εἶδον καὶ ἐξεῖπον ἀνθρώποις.

scriptis et imperatoribus philosophantibus dicatis, debebat Martyr, ut doctrinam philosophorum ethnicorum et Christianorum cognatam esse demonstraret, aliquoties neglecta illa externa cognitionis causa, maxime ad istas ante Jesu *ἐνσάρκωσιν* in hominum mentibus factas *λογοφανείας* provocare. Quid enim magis philosophiam redolebat ideoque magis erat imperatoribus acceptum? Nec est, cur Justinum, postquam cohortationem scripsit, sententiam mutasse putemus; nam etiam in dialogo, post priorem apologiam exarato, ille *λόγος θεῖος σπερματικός* non commemoratur. — Quae Herbigius[13]) attulit ad suam opinionem stabiliendam, omnia minoris momenti sunt, quam quae librum *νοθεύσεως* convincant. Etenim quum perperam credat, Justinum docere, duo esse deos et Patrem et Filium, quorum hic (sc. *ὁ Λόγος*) idem sit ac Spiritus sanctus, cohortationem, in qua tale quid non legatur, non a Justino profectam esse male concludit. Deinde non offensus fuerim verbis coh. c. 38. p. 36.: (*Χριστὸς*) *τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων Λόγος ἀχώριστος δυνάμει — ἀναλαβὼν ἄνθρωπον* i. e. inseparabilis a Deo *δυνάμει*, separabilis *ἐνεργείᾳ* postquam homo factus est (*λόγ. προφ.*)[14]). Porro nescio, quid Herbigius sibi velit eo, quod auctorem cohortationis l. l. contendit docere, hominem ad Dei imaginem et similitudinem formatum esse, corporis, uti verbum *πλάσσειν* postulet, respectu habito. Sane hoc quidem Justinus claris verbis etiam in fragm. de resurr. c. 7. docet[15]). Neque inde quidquam lucratur ille criticus, quod Justinus bis fecerit in apologia I. mentionem una Hystaspis et Sibyllae, auctor contra cohortationis (c. 37. p. 34. sqq.) Hystaspin non memoraverit. Quod quidem recte ita instituit. Hortatur enim l. l. Graecos, ut, quum philosophi ipsi nihil se scire fateantur, ad sacros Christianorum

13) L. c. p. 56. sqq..

14) Ex Credneri (l. c.) sententia *Λόγ. ἀχ. δυν.* idem est atque *πᾶς ὁ Λόγος*. Cod. Colbert. praebet *ἀχώρητος*. — Aliter res se haberet, si scriptum esset: *Χρ. ἡ τ. Θεοῦ ἀχ. δύναμις*, id quod improbat Just. in dial. c. 128. p. 358. B.

15) Contendas ap. I. c. 44. p. 81. C. (ep. ad D. c. 10. p. 500. D.), ubi etiam *πλάσσειν* invenitur.

libros confugiant aut saltem Sibyllam divinitus inspiratam audiant, cujus vaticinia omnibus satis nota vel Plato auctor gravissimus respexerit in Phaedro et Menone. Martyr autem quum apud eundem philosophum vel alium quempiam nullum invenerit locum, ubi Hystaspis mentio injiciatur, quid mirum si de hoc vate tacet? Nonne secundum sententiarum nexum occasio ademta erat, hujus oracula, quippe ipsi Platoni ignotissima, aliis quoque commendandi? Huc accedit, quod illius Persae liber non ita pervulgatus fuisse videtur, ut multis paganis eum legere licuerit. Sed vereor, ne nimis extra fines egrediar huic libello statutos, siquidem ceteras ejusmodi ratiunculas ab Herbigio in medio positas recenseam.

§. 20.

Jam vero nos convertamus ad Arendtium, qui nuper aliquot Casim. Oudini[16]) argumenta, novis νοθείας indiciis additis, non sine quadam specie veritatis copiose defendere studuit. Ac primum quidem Oudinus in Justinum pagano sanguine ortum nullatenus cadere contendit verba c. 1. p. 1.: Ἦν (sc. κρίσιν μέλλουσαν) οἱ ἡμέτεροι κατὰ Θεὸν κηρύττουσι πρόγονοι, quibus scriptor christianis parentibus se natum esse manifeste declaret. Quod non ita mihi videtur. Etenim quinam fuerint illi κατὰ Θεὸν πρόγονοι[17]) i. e. „in rebus divinis majores," Justinus ipse statim addit: προφῆται quippe τε καὶ νομοθέται, quibus illud cognomen προγόνων non idcirco dedit, quod ex eorum gente ortus sit, sed quod multo antiquiores Graecorum philosophis (c. 8. p. 9. coll. ap. I. c. 59. p. 92. al.), rerum divinarum magistri fuerint religionemque praeparaverint christia-

16) W. Amand. Arendt: l. c. p. 275. sqq.. Oudinus: De scriptt. eccl. antiq. comm. I. p. 187. sqq., quem sequitur Semlerus: *Vorr. zu Baumg. Unters. th. Streitigk.* II. p. 42. not. 44., jam refutatur a Marano: l. c. praef. P. III. p. LXX. sq..

17) Κατὰ Θεὸν non referendum est ad κηρύττουσι, ut patet ex verbis c. 1. p. 2. ita collocatis: Τῶν κατὰ Θεὸν προγόνων. Quum enim a Graecorum doctoribus de religione nihil percipi queat, provocat Justinus saepius, ut c. 8. p. 9., ad istos προγόνους — ἀφιλονείκως καὶ ἀστασιάστως τὴν παρὰ Θεοῦ δεξαμένους γνῶσιν, καὶ ταύτην διδάσκοντας ἡμᾶς.

nam [18]). Scriptor ipse prius quam Christo nomen dederit ethnicum se fuisse fatetur [19]). Alterum argumentum Oudinianum est inde repetitum, quod Martyr in dialogo cum Tryphone Judaeos interpretationem Septuaginta rejecisse dicat et corrupisse, auctor vero cohortationis ad Graecos eandem versionem, in synagogis asservatam, a Judaeis agnitam adhibitamque contra adversarios fuisse statuat. At locus tamen coh. c. 13. p. 14. inde a verbis *εἰ δέ τις φάσκοι κ. τ. λ.*, ad sententiam illam firmandam prolatus, minime de LXX interpretibus agit, sed de sacris V. T. libris hebraice scriptis, quorum doctrina non ad Judaeos, sed ad Christianos pertineat [20]). Quae quum ita sint, Arendtius [21]) aliud criterium *νοθεύσεως* inesse censet in eo, quod aliter origo versionis Alexandrinae narretur in oratione paraenetica c. 13. p. 13. sq., aliter in ap. I. c. 31. p. 72.; etenim illo loco scriptorem cum quadam magniloquentia efficere dicit, ut translatio per LXX viros facta opus videatur admodum mirabile, in apol. autem l. c. Justinum, rebus levioribus quibus miraculum augeatur neglectis, vel *αὐταψίας* argumentum omittere. Verum et haec argumentatio non satis certa est et explorata. Nempe ipsa haec pusilla differentia scriptorisque incuria narrationem veram esse approbant, quoniam falsarius, qui cohortationem Justino supponere voluisset, narrationem, ut fraudem tegeret, anxie ad similitudinem et formam ejus effinxisset, quae in apologia I. legitur. Quid? Nonne Justino illa utraque traditio cognita esse poterat? Atque ab eo nihil minus exspectavimus, quam ut eandem relationem ex altero libro in alterum ad verbum transscriberet. Quin etiam, ut ex sententiarum cohae-

18) Hoc etiam ex c. 10. p. 11. apparet: *Τούτους* (*Μωσέα* et *λοιπ. προφήτας*) *ἡμεῖς τῆς ἡμετέρας* (i. e. christianae) *θρησκείας διδασκάλους γεγενῆσθαι φαμὲν κ. τ. λ.*.

19) Cf. c. 11. p. 12., ubi paganis, quae in eorum societate antea vivens didicerit, ita objicit: *Οὐκοῦν ἀκόλουθον ἡγοῦμαι, ἃ παρ' ὑμῖν πρότερον περὶ αὐτῶν ἀκήκοα λεγάντων, ταῦτα ἐν καιρῷ νυνὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν.*

20) *Τὸ δὲ*, addit, *παρὰ Ἰουδαίοις ἔτι καὶ νῦν τὰς τῇ ἡμετέρᾳ θεοσεβείᾳ διαφερούσας σώζεσθαι βίβλους, θείας προνοίας ἔργον ὑπὲρ ἡμῶν γέγονεν.* Coll. dial. c. 29. p. 246. D..

21) Vid. etiam Herbig: l. c. p. 60. sqq..

rentia accuratius perspecta facile intelligitur, erat illa narratio in cohortatione ad Graecos pluribus exponenda; in apologia autem a Ptolemaeo ad Herodem missas legationes strictim tangere licebat. Jam quum tertium Oudini argumentum, ut ipse Arendtius concedit, nullius ponderis sit, ad quartum progrediamur. Etenim adulterinum hunc tractatum putat idcirco, quod Plato in Justinianis libris collaudetur, ab auctore paraenetices vehementer ob hypocrisin et inconstantiam castigetur. Hoc parum diligenter allatum *νοθείας* indicium, quod facile a Marano rejicitur, Arendtius magis exponere studet, contendens auctorem cohortationis non solum de Platone, cujus magna sit apud Martyrem auctoritas, sed in universum de philosophia nimis contemtim judicare [22]); testimonio affert c. 3. p. 4: *Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀπὸ τῶν παλαιῶν καὶ πρώτων ἄρξασθαι προσήκει, ἐντεῦθεν ἀρξάμενος, τὴν ἑκάστου δόξαν ἐκθήσομαι, πόλλῳ γελοιοτέραν τῆς τῶν ποιητῶν θεολόγίας οὖσαν.* Sed hoc loco Justinus dumtaxat de veterrimis loquitur Graecorum sapientibus, *φυσικὴν φιλοσοφίαν* excolentibus (c. 3. p. 5.), qui quum alius aliud rerum principium doceat nondum cognoverint, quid sit vera philosophia et quam ob causam ad homines delata [23]). Deinde, ut christianam religionem demonstret veram uniceque utilem esse philosophiam [24]), pergit (c. 5. p. 6.) Platonis, quem c. 12. p. 13. honorificentissime philosophorum principem (*πρῶτον τῶν φιλοσόφων*) appellat, et Aristotelis sententias accuratius expendere, ut eos, qui haud raro inter se atque secum ipsi pugnavissent, veram philosophiam nondum invenisse concludat. En hoc non solum in cohortatione, sed etiam in dialogo et apologiis pronuntiat [25]). Quid autem causae

22) Idem ait Moehler: l. c. p. 225. sq..

23) Eapropter recte c. 4. p. 5. de istis, non de Platone, ut Arendtio (l. c. p. 287.) ad loc. laud. respicienti videtur, haec exstant: *Ὁρᾶτε τοίνυν τὴν ἀταξίαν τῶν παρ' ὑμῖν νομισθέντων γεγενῆσθαι σοφῶν* (nimirum eorum, qui a Thalete orti sunt), *οὓς διδασκάλους ὑμῶν τῆς θεοσεβείας γεγενῆσθαι φατέ.*

24) Hic enim, ut jam monuimus, est nostri *ἐλέγχου* finis, qui Arendtium prorsus fugit. Coll. dial. c. 8. p. 225. C.

25) Dial. c. 2. p. 218: *Οὐ γὰρ ἂν Πλατωνικοὶ ἦσαν, οὐδὲ Στωϊκοὶ,*

est, cur non solum inter se, sed etiam secum ipsi pugnent Plato et Aristoteles? Nimirum quod nimis freti humanae mentis solertia, claram sese rerum coelestium cognitionem assequi posse existimaverint. Quare Justinus c. 8. p. 9. ad *προγόνους* i. e. Mosen et ceteros prophetas recurrit, qui neque quidquam proprio Marte excogitantes, nec inter se digladiati, veram a Deo *γνῶσιν* acceperint. Quorum de antiquitate, fide et auctoritate postquam pluribus disseruit, c. 14. p. 15. Platonem contendit aliosque Graecorum magistros praesertim eos, qui in Aegypto versati ex Mosis religione utilitatem percepissent, divina rerum humanarum providentia coactos esse, multa ab christiana religione non aliena ut vel inviti dicerent, id quod c. 15. sqq. p. 16. sqq. exemplis probatur. Eadem sententia nobis etiam in apologiis occurrit[26]). Atque his, quibus Martyrem in libro ad Graecos paraenetico non aliter sentire de philosophis, ac in ceteris genuinis scriptis demonstravimus, adde aliud argumentum, e dispari consilio librorum repetitum. Etenim in apologiis Justino nostro, ut Christianis imperatorum, quorum nonnullis sapientiae amor Philosophi cognomen pepererat, gratiam colligeret ostenderetque non nova moliri christianam religionem, erat quam maxime exponendum, quomodo philosophi auxilio *λόγου θείου σπερματικοῦ* cum Christi doctrina consentirent; in cohortatione vero, cujus finis non omnino erat apologeticus, praecipue irriderentur oportebat Graecorum sapientium inter semetipsos discrepentia eorumque pravae et parum ad vitam recte instituendam sufficientes[27]) opiniones, quo facilius et lubentius pagani toto se animo converterent ad rem christianam. Nihilo tamen secius, id quod Arendtium fugit, etiam in apologiis

---

οὐδὲ Περιπατητικοὶ, οὐδὲ Θεωρητικοὶ, οὐδὲ Πυθαγορικοὶ, μιᾶς οὔσης ταύτης (sc. *φιλοσ.*) *τῆς ἐπιστήμης*. Ap. II. c. 10. p. 48., c. 13. p. 51. al. (v. huj. lib. §. 49. not. 19.).

26) Vid. not. 8.. Comp. ap. II. c. 13. p. 51. B.; nescio, qui tandem Arendt (l. c. p. 287.) iis prorsus neglectis, quae coh. c. 14. p. 15. leguntur, hunc locum ad suam causam defendendam potuerit afferre.

27) Nequaquam igitur recte se habent, quae Arendt disputavit l. c. p. 288. fin..

philosophis longe antiquiores, beati, [illegible] sancto afflante futura vaticinati (Dial. c. 8. p. 334. B.). [illegible] laudibus efferuntur, quemadmodum [illegible] veritatis auctores ducesque vocantur, quae nihil propio Marte excogitatum homines docuerint. Nullum praeterea Arendtius νοθείας signum adjecit, nec est, quod [illegible] illum λόγον παραινετικόν declarare gestiamus Justini dictum; qua quidem in re consentientes habemus viros nostro aevo artis criticae peritissimos, Augustium, de Wettium, Crednerum, Baumgarten-Crusium, alios permultos [illegible]).

CAPUT VI.

Περὶ μοναρχίας.

§. 21.

Eusebius H. E. IV. 18. Justinum ait scripsisse tractatum περὶ θεοῦ μοναρχίας, ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων. Eundem de monarchia libellum [1]) (p. 36. — 42. ed. M., p. 103. — 110. ed. C.)

[illegible]) Augusti: *Lehrb. d. chr. D.G.* ed. 4. p. 48. not. 2., de Wette: *Lehrb. d. hist.-krit. Einl. in d. kan. u. apokr. Büch. d. A. T.* ed. 4. p. 38. not. c., Credner: l. c. p. 104., Baumgart.-Crusius: l. c. p. 172., Hase: *Lehrb. d. ev. Dogm.* ed. 2. p. 465. not. a. Addendi Münscher: *Handb. d. chr. D. G.* I. p. 154., Tzschirner: *Der Fall d. Heidenth.* ed. Niedn. I. p. 206., Bretschneider: *D. Grundl. d. ev. Pietism.* p. 298., Lentz: *Gesch. d. chr. Dogmen* I. p. 83., Dähne: *Gesch. Darst. d. jüd.-alex. Rel.-Phil.* II. p. 98. et 227., Meier: *Lehrb. d. D. G.* p. 66. not. 5., Hagenbach: l. c. p. 62..

1) De hac inscriptione Valesius (Annott. Euseb. p. 90.) haec observat: „Veteres Christiani hac voce crebro uti solebant, quoties adversus gentiles disputarent. Eoque titulo complures libros ediderunt, ut unum Deum omnium rerum conditorem regemque esse ostenderent. Et monarchiam quidem Deo patri, οἰκονομίαν vero i. e. dispensationem atque administrationem adsignabant filio et spiritui sancto, ut docet Tertullianus adv. Praxeam et Tatianus adv. Graecos."

commemorant Hieronymus de vir. illustr. c. 23. et Photius Bibl. Cod. 125.. Exponit Justinus, quemque ad Deum agnoscendum jam rerum creatarum adspectu posse adduci. Atque unum esse Deum probat Aeschyli, Sophoclis, Orphei et Pythagorae carminibus. Deinde rursus ex Sophoclis, Philemonis, Platonis, aliorum testimoniis homines omnium actionum rationem huic Deo, qui non libationibus placetur, reddituros esse evincit; neque eos diis adnumerandos esse, qui summis sceleribus infames ne pares quidem hominibus deprehendantur. Quapropter soli et vero Deo esse adhaerendum concludit. — Hic autem libellus ut hodie in editis exstat, mutilus esse videtur [2]), quoniam ejus pars prior periit, ubi Eusebio teste testimonia legebantur ex sacris Scripturis repetita. Quae Maranus [3]) ad ejus integritatem defendendam contra monuit, minoris sunt momenti? Opinatur enim Eusebiana verba esse ita interpretanda: „Praeter hos libros est etiam alius de monarchia Dei, quam quidem non modo non ex sacris apud nos scripturis, sed etiam ex ipsis gentilium libris asserit.“ Verumtamen, ut alia praetermittam, nuspiam verba οὐ μόνον — ἀλλὰ καί idem significant atque: Non modo non — sed etiam. Exempla ab illo critico allata omnia nihil valent, quum in iis, id quod neutiquam negligendum est, desideretur vocula καί, quam Eusebianus textus l. c. praebet ita, ut vertatur necesse sit cum Valesio: „Quam (monarchiam) quidem non solum auctoritate sacrorum apud nos voluminum, sed gentilium etiam scriptorum testimoniis asserit [4]).“ Censet Gra-

2) Idem censuerunt nuper Götz! *Just. d. M. zw. Apol. u. Beweis d. Alleinherrsch. Gottes* p. 70., Neander: *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I., 3. p. 749., Credner: De librorum N. T. inspiratione quid statuerint Christiani a. saec. tert. med. P. I. p. 52. not. 1., Baumg.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D. G.* II. p. 943. not. 2. alii.

3) Ed. opp. Just. praef. P. III. p. LXXI.; coll. Lumper: Hist. th.-crit. II. p. 107. not. n.

4) Ingeniosam quidem, sed contortam Maraui interpretationem vocat Junius: De Just. M. apol. adv. ethn. p. 13. not. 3.. De usu illarum particularum verba laudamus cujusdam viri docti in *Leipz. Literatur-Zeitung* 1827. plag. 41. p. 324. sq.: *Wenn man zwey verschiedene Begriffe mit einander so verbindet, daſs beyde als neben einander beste-*

vituperantur philosophi [28]) atque in dialogo (c. 5. — 7., p. 222. — 225.) nihil philosophos scire neque ipsum Pythagoram et Platonem semper verum vidisse claris verbis pronuntiatur [29]). Sed otio abuti esset, de hac re plura afferre. Quum igitur Martyr in illis scriptis eadem ratione de philosophis disputet atque in cohortatione, Arendtii argumentum nihil valere, neminem infitias iturum esse arbitror. Quintum denique Oudini argumentum, Arendtio [30]) probatum, inde ductum est, quod frustra quaeras in cohortatione a Tatiano, Eusebio, Hieronymo et Photio commemoratum sermonem de daemonum natura. Quae quidem objectio facile solvitur. Citat Tatianus locum quendam Justini de daemonibus, at eum repetitum esse ex cohortatione non dicit; neque Eusebius, Hieronymus et Photius, quum Justinum perhibent de daemonum natura disseruisse, ad elenchum, sed ad λόγον πρὸς Ἕλληνας spectant. Praeterea Arendtius [31]) alia quaedam νοθείας indicia addit, quae tamen nullius ponderis sunt. Desiderat enim in paraenesi certum quendam ordinem, qualis in dialogo inveniatur et querimonias habet de sententiis haud raro interruptis vel repetitis. Sed, ut Münscherus [32]) jam observavit, in dialogo pariter atque in apologiis digressiones a serie orationis alienae immiscentur, diversitas et repugnantia aliquarum sententiarum occurrit eaedemque res saepius repetuntur. Porro monet Arendtius, auctorem fraudem Justino indignam committere, quod, etsi c. 11. p. 12. in allato oraculo ἀγνῶς scripserit, posthac tamen c. 24. p. 23., ut pro-

28) Ap. I. c. 4. p. 55: *Καὶ τούτων (φιλοσ.) τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν.* Lege praeterea locos §. 49. not. 19. excitatos. Clemens Alex. quoque et Minucius Fel. mox aequum mox iniquum de philosophia judicium faciunt; cfr. Hagenbach: *Lehrb. der D. G.* I. p. 75..

29) Quid? Nonne etiam dialogus, in quo non minus, quam in cohortatione philosophi vituperantur, Arendtio, ut sibimet ipsi constaret, spurius habendus erat? At genuinum vero eum esse ipse pronuntiat l. c. p. 259. et 294..

30) L. c. p. 271. et 290..

31) L. c. p. 288. 290. sqq..

32) In progr.: An dial. c. Tryphone Justino M. recte adscribatur p. 12. 16. sq..

nomen αὐτός significare τὸν ὄντως ὄντα Θεόν demonstret, pro ἀγνῶς scribat αὐτόν. Sed, quaeso, nonne apud optimae notae scriptores unum idemque effatum alio loco interdum alia ratione allegatur? Nonne fortasse utraque lectio illo tempore inveniebatur? Quid, quod veteres ecclesiae doctores κατ' οἰκονομίαν nonnunquam disputantes [33]), sententiam interdum dissimulare et verba quaedam ad suum usum paulisper mutare non dedignabantur, dummodo hac ratione finem propositum certius tutiusque assequerentur? Denique vexat Arendtium, quod auctor cohortationis haud dubie Judaeo-Christianus nulla Ni Ti mentione facta paganos ad prophetarum oracula legenda incitaverit. Haec levis ratiuncula vix digna est refutatione. Nonne Justino prae ceteris ad prophetas vetustiores philosophis Graecorum et solos sapientes, quorum libri inspirati ad christianam religionem pertinerent, provocandum erat, ut quod vellet efficeret? Atque ille criticus, Justinum affirmans cum paganis agentem in genuinis scriptis (h. e. in apologiis, quia in dialogo sermo est cum Judaeis) saepissime Ni Ti libros lectoribus commendare, nescire videtur, bis tantum et obiter quidem ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων in apol. I. c. 66. et 67. p. 98. B. D. memorari. Nullum in Justini operibus occurrere locum, ubi lectores diserte hortetur ad Ni Ti scripta legenda, pro certo contendere ausim. Explodenda quoque opinio est Arendtii, ex qua auctorem paraenetices propterea, quod populum judaicum antiquissimum esse demonstrare velit, esse statuit Judaeo-Christianum; vult enim ille nihil aliud, nisi ostendere, paganis philosophis antiquiores esse Mosen et reliquos prophetas, qui, quum soli veram philosophiam docuerint, inprimis sint audiendi. Satis inepte provocat V. D. ad dialogum c. Tr., in quo Justinus cultum et legem judaicam esse abrogatam dicat. Nam ut taceam alium esse finem cohortationis, alium dialogi, quia illic cum paganis, hic cum Judaeis agitur, Justinus in dialogo tantummodo de abolitione loquitur illius externae Judaeorum θεοσεβείας,

33) Vid. Münscher: l. c. p. 17. 19. al.; coll. ejusd. *Handb. d. chr. D. G.* ed. 2. I. p. 63..

prophetae autem, omnibus philosophis longe antiquiores, beati, justi, Deo cari et spiritu sancto afflante futura vaticinati (Dial. c. 7. p. 224. B.), summis laudibus efferuntur, quemadmodum in cohortatione, ubi, ut unum locum (c. 8. p. 9. A.) afferam, antiquissimi et gravissimi veritatis auctores ducesque vocantur, qui nihil proprio Marte excogitatum homines docuerint. Nullum praeterea Arendtius νοθείας signum adjecit, nec est, quod diutius dubitemus illum λόγον παραινετικόν declarare genuinum Justini foetum; qua quidem in re consentientes habemus viros nostro aevo artis criticae peritissimos, Augustium, de Wettium, Crednerum, Baumgarten-Crusium, alios permultos [34]).

CAPUT VI.

Περὶ μοναρχίας.

§. 21.

Eusebius H. E. IV. 18. Justinum ait scripsisse tractatum περὶ Θεοῦ μοναρχίας, ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων. Eundem de monarchia libellum [1]) (p. 36. — 42. ed. M., p. 103. — 110. ed. C.)

34) Augusti: *Lehrb. d. chr. D.G.* ed. 4. p. 48. not. 2., de Wette: *Lehrb. d. hist.-krit. Einl. in d. kan. u. apokr. Bücher d. A. T.* ed. 4. p. 59. not. c., Credner: l. c. p. 104., Baumgart.-Crusius: l. c. p. 172., Hase: *Lehrb. d. ev. Dogm.* ed. 2. p. 465. not. a. Addendi Münscher: *Handb. d. chr. D. G.* I. p. 154., Tzschirner: *Der Fall d. Heidenth.* ed. Niedn. I. p. 206., Bretschneider: *D. Grundl. d. ev. Pietism.* p. 298., Lentz: *Gesch. d. chr. Dogmen* I. p. 83., Dähne: *Gesch. Darst. d. jüd.-alex. Rel.-Phil.* II. p. 98. et 227., Meier: *Lehrb. d. D. G.* p. 66. not. 5., Hagenbach: l. c. p. 62..

1) De hac inscriptione Valesius (Annott. Euseb. p. 90.) haec observat: „Veteres Christiani hac voce crebro uti solebant, quoties adversus gentiles disputarent. Eoque titulo complures libros ediderunt, ut unum Deum omnium rerum conditorem regemque esse ostenderent. Et monarchiam quidem Deo patri, οἰκονομίαν vero i. e. dispensationem atque administrationem adsignabant filio et spiritui sancto, ut docet Tertullianus adv. Praxeam et Tatianus adv. Graecos."

commemorant Hieronymus de vir. illustr. c. 23. et Photius Bibl. Cod. 125.. Exponit Justinus, quemque ad Deum agnoscendum jam rerum creatarum adspectu posse adduci. Atque unum esse Deum probat Aeschyli, Sophoclis, Orphei et Pythagorae carminibus. Deinde rursus ex Sophoclis, Philemonis, Platonis, aliorum testimoniis homines omnium actionum rationem huic Deo, qui non libationibus placetur, reddituros esse evincit; neque eos diis adnumerandos esse, qui summis sceleribus infames ne pares quidem hominibus deprehendantur. Quapropter soli et vero Deo esse adhaerendum concludit. — Hic autem libellus ut hodie in editis exstat, mutilus esse videtur [2]), quoniam ejus pars prior periit, ubi Eusebio teste testimonia legebantur ex sacris Scripturis repetita. Quae Maranus [3]) ad ejus integritatem defendendam contra monuit, minoris sunt momenti? Opinatur enim Eusebiana verba esse ita interpretanda: „Praeter hos libros est etiam alius de monarchia Dei, quam quidem non modo non ex sacris apud nos scripturis, sed etiam ex ipsis gentilium libris asserit.“ Verumtamen, ut alia praetermittam, nuspiam verba οὐ μόνον — ἀλλὰ καί idem significant atque: Non modo non — sed etiam. Exempla ab illo critico allata omnia nihil valent, quum in iis, id quod neutiquam negligendum est, desideretur vocula καί, quam Eusebianus textus l. c. praebet ita, ut vertatur necesse sit cum Valesio: „Quam (monarchiam) quidem non solum auctoritate sacrorum apud nos voluminum, sed gentilium etiam scriptorum testimoniis asserit [4]).“ Censet Gra-

2) Idem censuerunt nuper Götz! *Just. d. M. zw. Apol. u. Beweis d. Alleinherrsch. Gottes* p. 70., Neander: *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I., 3. p. 749., Credner: De librorum N. T. inspiratione quid statuerint Christiani a. saec. tert. med. P. I. p. 52. not. 1., Baumg.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D. G.* II. p. 943. not. 2. alii.

3) Ed. opp. Just. praef. P. III. p. LXXI.; coll. Lumper: Hist. th.-crit. II. p. 107. not. n.

4) Ingeniosam quidem, sed contortam Marani interpretationem vocat Junius: De Just. M. apol. adv. ethn. p. 13. not. 3.. De usu illarum particularum verba laudamus cujusdam viri docti in *Leipz. Literatur-Zeitung* 1827. plag. 41. p. 324. sq.: *Wenn man zwey verschiedene Begriffe mit einander so verbindet, daß beyde als neben einander beste-*

bius [5]), scribam quempiam minus necessarium forte judicasse, dicta divinae Scripturae longa serie recensita describere, quod plura sacrorum Bibliorum exstarent exemplaria, ideoque profanis tantum exarandis manum admovisse. Scriptum videtur, ut Maranus [6]) ait, opus, ut duo alia praecedentia, antequam persecutio Justinum gravioribus stimulis ad religionis defensionem acuisset.

§. 22.

Hunc περὶ μοναρχίας λόγον, quo quantum scio plerique omnes tamquam Justiniano utuntur [7]), spurium esse pronuntiavit Herbigius [8]). Contendit enim illud longe a Justino nostro, qui duo doceat esse deos, abhorrere, quod scriptor ostendat potissimum unum ac solum Deum cunctorum auctorem esse et gubernatorem. At vero nonne Justinus, ut et ex magna copia unum afferam locum, in dial. c. 56. p. 276. Deum vocat τὸν τῶν ὅλων ποιητὴν (s. τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντός: ap. l. c. 13. p. 60.), supra quem non sit alius Deus (ὑπὲρ ὃν ἄλλος θεὸς οὐκ ἔστι)? Nonne Justinus Platonem secutus Deum decet universam rerum creatarum providentiam sibimet ipsi sumsisse,

---

kend angesehen werden, so wird ἀλλὰ καὶ und im Latein. sed etiam *gesagt: wird hingegen das in dem zweyten Gliede Ausgesagte so stark hervorgehoben, dafs dadurch das zuerst Genannte als aufgehoben erscheint, so braucht man ἀλλὰ und im Latein.* sed *ohne Hinzufügung von* καὶ *und* etiam.

5) Spic. Patr. sec. II. p. 153..

6) Ed. opp. Just. p. 35.; idem censet Junius: l. c. p. 13..

7) Münscher: *Handb. d. chr. D. G.* I. p. 154., Tschirner: *D. Fall d. Heidenth.* ed. Niedn. I. p. 206., Bertholdt: *Handb. d. D. G.* ed. Engelh. II. p. 39., Wurm: *D. Apol. d. Christenth. von Just.* etc., in Klaiberi *Stud. d. ev. Geistlichk. Wirtemb.* 1828. I. 2. p. 2., Baumg.-Crusius: l. c., Bretschneider: *D. Grundl. d. ev. Pietism.* p. 298., Lentz: *Gesch. d. chr. Dogmen* I. p. 83., Dähne: *Gesch. Darst. d. jüd.-alex. Rel.-Phil.* II. p. 93. not. 54. alii. Hunc Justini libellum quasi appendicem cohortationis ad Graecos fuisse existimat Kestner: *Agape* p. 341..

8) De scriptis, quae sub nom. Just. ph. et M. circumfer. p. 70. sqq.. Petavium et perpaucos alios, qui hunc librum ad Martyrem pertinere negabant, refutat Tentzel: Exercitt. sel. I. p. 177. sq..

specialem tantum illarum curam angelis attribuisse? Pergit Herbigius in hoc tractatu non modo non scripta sacra usurpari, sed auctorem diserte dicere se suam rem ex solis Graecorum testimoniis esse probaturum. Sed inde non sequitur ejus *νοθεία*. Nam revera auctor in ea parte, quae hodie superest, plane nullis nisi profanis utitur argumentis, quod prius, quam illa incipit afferre, his verbis premittit: *Ἀποδείξει — τῇ ἐκ τῶν κατὰ τὸ παλαιὸν εἰς τὸ παντελὲς τῆς ἑλληνικῆς ἱστορίας ποιήσει κεχρημένος, ἐκ τῶν πᾶσι κοινῇ δεδομένων γραμμάτων* [9]). Quod monet Herbigius Eusebium tractatum DE MONARCHIA DEI commemorasse et nostrum tractatum DE MONARCHIA inscriptum esse, id recidit in librarios; certe agit Justinus de monarchia Dei et contra *πολυθεότητα* gentilium. Et recte jam Maranus [10]) dubitat, an Eusebius *Θεοῦ* non scripserit, quae vox a Rufino non latine reddita sit. Affert insuper dial. c. 1. p. 217. E. et Tertull. adv. Prax. c. 3., ubi etiam illud vocabulum omittatur [11]). Sed hactenus de Herbigii argumentis. Sunt enim cetera ejusmodi, ut, si quis, persuasus de apologiarum origine Justiniana, eadem arte critica uti vellet in dijudicando dialogo, facile haud parvam sententiarum diversitatem inveniret, qua ejus *νοθεία* perspici posset [12]).

---

9) Non provoco ad verba: *Ἐγὼ δὲ, ὡς μικρῷ πρόσθεν ὑπέστην, φιλοθέῳ τῇ γνώμῃ κεχρημένος, φιλανθρώπῳ χρήσομαι τῇ φωνῇ*, quae El. du Pin, Grabius, Ceillier alii verterunt: „Ego vero, sicut paulo ante praemisi, divina usurpata sententia, humana etiam utar voce."

10) L. c. p. 36. not. a.

11) Adde Tatian. c. Graec. c. 14.. Irenaeus teste Eusebio (H. E. V. 20.) epistolam scripsit ad Florinum *περὶ μοναρχίας*. Itaque etiam hic omittitur *Θεοῦ*.

12) Omnia profecto bene quadrant cum ceteris Justini scriptis. Legas quae dicit de propaganda veritate, ut crimine vacet die judicii: de mon. c. 6. p. 110: *Ἀσπάζεσθαι δὲ χρὴ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἄτρεπτον ὄνομα, οὐχὶ διὰ τῆς ἐμῆς φωνῆς μόνον — κηρυσσόμενον, ἵνα μὴ — τῷ κριτῇ τὰς εὐθύνας παρέξωμεν*, coll. dial. c. 38. p. 256. D., c. 58. p. 280. B., c. 82. p. 308. E.; de insito hominibus libero arbitrio: de mon. c. 6. p. 109: *Αἱρεῖσθαί τε τὴν τῶν κρεισσόνων ἐκλογὴν, κατὰ τὸ ἐπ' ἀνθρώπῳ κείμενον αὐτεξούσιον*, coll. ap. II. c. 7. p. 45. D. E., dial. c. 88. p. 316. A.; de Deo universorum conditore: de mon. c. 2. p. 104: *Ποιητοῦ τῶν ὅλων*, coll. dial. c. 7. p. 225. A., c.

§. 23.

Unum superest, quod memoremus. Excitat enim Justinus in hoc libello locos aliquot ex Orpheo [13]), Pythagora et tragicis veteribus, qui nuspiam neque in illorum operibus, neque apud Plutarchum, Stobaeum aliosve reperiuntur. Acute igitur post Eschenbachium [14]), quem Moshemius et Bruckerus secuti sunt, Valckenarius [15]) defendit, imprimis Aristobulum [16]) multa interpolasse in scriptis Graecorum, imo vero etiam nova opera iis supposuisse, quos e Judaeorum libris sacris hausisse demonstraret. Christiani autem scriptores, minime usi subtilitate critica [17]), posthac lubenter illos locos, quibus

---

56. p. 275. A.; de sacrificiis et judicio supremo: de mon. c. 4. p. 106: *Οὐ σπουδῇ καὶ θυμιάματι κακούργων προσφέρεται ὁ Θεὸς, ἀλλ' εὐθύτητι τὰς τιμωρίας πρόσνέμει ἑκάστῳ* (comp. c. 3. p. 105. C. D.), coll. ap. I. c. 13. p. 60. C., dial. c. 88. p. 316. A.; de diaboli invidia, qua ductus homines ad simulacra fingenda avertit: de mon. c. 1. p. 103: *Παρεισδῦσα εἰς εἰδωλοποιΐας ἐξέτρεψε βασκανία τὸ ὑπερβάλλον τῆς τῶν ἀνθρώπων μεγαλειότητος*, coll. coh. c. 38. p. 36. C.; de nomine Dei ad homines translato: de mon. c. 1. p. 103: *Λήθη — τὸ μόνῳ τῷ ὄντως Θεῷ πρέπον ὄνομα ἐπὶ θνητοὺς μεταφέρουσα· καὶ δι' ὀλίγων νομὴν πονηρίας ἔσχον οἱ πολλοί* (comp. c. 5. p. 107. A — C.), coll. coh. c. 21. p. 20. B. (v. §. 61. not. 19.); de paganorum diis, qui aut nulli, aut tales sint, quales a poëtis describantur: de mon. c. 6. p. 110; *Εἰ δ' ἄρα τὶς τοῖς ἔργοις ἐπιμέμψαιτο, ἀνελεῖ καὶ τὰ ἐκ τούτων γνωσθέντα ὀνόματα*, coll. coh. c. 2. p. 4. A. Denique, ut de aliis taceam, de mon. c. 2. p. 104. sq. inde a *φθέγξομαι* unus et viginti versus ex Orpheo allegantur, qui etiam exstant in coh. c. 15. p. 15. sq. et ob lectionem haud mutatam ab uno eodemque scriptore excitati videntur; aliter enim laudantur ab aliis, ut ab Aristobulo in Euseb. praepar. evang. XIII. 12. et a Cyrillo c. Julian. I. p. 26. ed. Spanh. (Lips. 1696. Fol.).

13) Etiamsi ab hoc isti versus profecti non erant, tamen sub ejus nomine divulgabantur jam inde a temporibus Onomacriti. Cum fructu videndi Hermann: Orphica p. 447. sq. et Dähne: l. c. p. 225. sqq..

14) Epigene s. de poësi Orphica p. 148. al..

15) Diatribe de Aristobulo Judaeo ed. Luzac. Lugd. Bat. 1806. 4. Una cum hoc libello (p. 127. sqq.) edita est P. Wesselingii Lectio publica de fragm. Orphei, quod est apud Just. M. etc..

16) De hoc plura dabunt Gfrörer: *Krit. Gesch. d. Urchrist.* I. 2. p. 71. sqq. et Dähne: l. c. p. 73. sqq..

17) Valckenarius l. c. p. 7: „Hoc tamen fatendum erit, si

idem atque iste Judaeus Alexandrinus docerent, tamquam genuinos in suum usum verterunt.

CAPUT VII.

Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον.

§. 24.

Hanc praestantissimam epistolam [1]) (p. 233.—240. ed. M., p. 494.— 502. ed. C.), cujus auctor id agit, ut Diognetum gentilem de Christianorum religione moribusque edoceat, Halloixius, Labbeus, Caveus, Tentzelius, R. Ceillier aliique permulti [2]) Justino nostro vindicarunt; Tillemontius vero, quem Nourrius, Roncaglia, Gallandius, Lumperus alii [3]) secuti sunt, illam non a Martyre, sed a quopiam multo antiquiore compositam censet. Nostris temporibus eandem sententiam defenderunt Georg. Böhl, C. D. a

statuendum sit, imprudentia lapsum Justinum et deceptum quidem ab aliis, data tamen opera et scientem decepisse neminem."

1) Primus eam (nomine Justini Mart. secundum MS. insignitam) in lucem emisit Henr. Stephanus 1592. 4.; vid. Gallandi: Bibl. Patrum T. I. p. LXVIII.. De ceteris editt. cf. huj. lib. p. 9.. Versionem germanicam dedit Jo. O. Glüsing: Monumenta apostolica etc. Hamb. 1723. p. 425. sqq..

2) Halloix: Illustr. eccl. orient. scriptt. vit. p. 280. sq., Labbé: De scriptt. eccl. T. I. p. 669., J. Gerhard: Patrologia. Gerae 1673. p. 76., Cave: Scriptt. eccl. hist. lit. p. 28., du Pin: Nouv. bibl. I. p. 58., Tentzel: Exercitt. sel. I. p. 189., Fabricius: Biblioth. gr. ed. Harl. VII. p. 65., Ceillier: Hist. gén. II. p. 38. sq., J. G. Walch: Historia eccl. Ni Ti p. 617., Kestner: *Agape* etc. p. 394. sqq., von Brunn: *Just. d. M. Gespr. mit d. Jud. Tryph.* p. XIV., Baumg.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D. G.* I. p. 172. alii.

3) Tillemont: Mémoir. II. p. 371. sq. et 493. sq., le Nourry: Appar. ad Bibl. Patr. T. I. p. 445. sq., Roncaglia: Animadvv. ad Natal. Alex. hist. eccl. T. V. p. 33., Gallandi: l. c., Lumper: Hist. theol.-crit. P. I. p. 183. sqq. coll. P. II. p. 110. sq.. Addendus John Jortin: The epistle to Diognetus — the work of an uncertain and considerable writer, in ejus Remarks on eccl. history. Lond. 1751. I. p. 342. sqq..

Grossheim, Chr. Ern. Herbig, Car. Jos. Hefele et J. A. Möhler[4]). Verum enim vero, ut ingenue profitear animi sententiam, incertus haereo, quid in hac re sit statuendum. Nam Marano[5]) recte monente si stili dissimilitudo excipiatur, cetera Justino satis conveniunt et sententiae et tempus. Neque dubia est haec epistola hoc nomine, quod non commemoratur ab Eusebio, quum fortasse iis adnumeranda sit scriptis, de quibus H. E. IV. 18. dicitur: *Πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα παρὰ πολλοῖς φέρεται ἀδελφοῖς τῶν αὐτοῦ* (Justini) *πόνων.*

§. 25.

Jam vero recenseamus Tillemontii[6]) argumenta, quorum primarium est repetitum a stilo elegantiori. Fateor me quoque haud leviter hac difficultate commoveri; veruntamen Justinus nonne potuit, ut jam Caveus observavit, pro re nata tersiori et floridiori stilo uti, praesertim quum haec epistola non ad hominem data esset e faece vulgi, sed ad philosophum doctum atque eruditum[7])? Nonne etiam in cohortatione ad

4) Böhl: Opuscc. Patr. sel. P. I. p. 109. sqq.; nihil nisi ejus argumenta repetivit Hefele: Patrum apostolic. opp. p. XIX. sq., von Grossheim: De epist. ad Diogn., quae fertur Justini M. Lips. 1828. 4., Herbig: De scriptis, quae sub nom. Just. ph. et M. circumfer. p. 83. sqq., Möhler: *Patrologie* ed. Reithm. I. p. 164. sqq., coll. Ejusd. *Gesammelte Schrift. u. Aufsätze* (Regensb. 1839.) I. p. 19. sqq. et von Drey al. *Theol. Quartalschr.* Tüb. 1825. III. p. 444. sqq..

5) Ed. opp. Just. praef. P. III. p. LXXIV..

6) Id non supervacaneum videtur esse ideo, quod hujus critici argumenta, jam a Marano l. c. (coll. Böhl: l. c. p. 110. sq.) explosa, iterum nuper proposuit Möhler ll. cc..

7) Veri enim est simillimum, hunc Diognetum, init. epist. nobili *κράτιστον* cognomine nuncupatum, eundem esse, quo praeceptore usus est Marc. Aurelius, ut ipse testatur *εἰς ἑαυτὸν* I. 6: *Παρὰ Διογνήτου, τὸ ἀκενέσπουδον· καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων περὶ ἐπῳδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς, καὶ τῶν τοιούτων, λεγομένοις· καὶ τὸ μὴ ὀρτυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παῤῥησίας· καὶ τὸ οἰκειωθῆναι φιλοσοφίᾳ κ. τ. λ.*. Comp. Jul. Capitol. v. Anton. c. 4.. Et sane multa in epistola bene quadrant in hunc virum, cujus magna erat auctoritas apud Marcum. Neque alius illo nomine, quod non ita

Graecos magis eleganti dicendi genere usus est? Quod si quis concesserit, haec epistola ad primordia conversionis, circa annum 133. factae, referenda erit et antiquior existimanda quam apologiae [8]), in quibus, ut Maranus ait, Justinus studio religionis defendendae inflammatus ornamenta dicendi minime sectatur. Optime etiam cadunt in illud tempus [9]), quae c. 5. p. 497. leguntur: Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται (sc. Christiani) καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων (i. e. a paganis) διώκονται. Nimirum illa aetate Judaei duce Bar Cochba crudeliter in Christianos saevierunt (Ap. I. c. 31. p. 72. E.), neque in posterum desierunt eos vexare (Dial. c. 110. p. 337. D.); insuper Christiani in patria Justini, quum saepius cum Judaeis confunderentur, ab Romanis exagitabantur, quin etiam Judaei cum ethnicis conjuncti in eos irruebant [10]). Porro urgent Tillemontius quique eum secuti sunt [11]), scriptorem (c. 11. p. 501. C.) apostolorum se esse discipulum fateri. Sed Justinus, qui non ita multo post tempora apostolorum vivebat [12]), jure meritoque illum titulum, qui stricte intelligi non debet, sibi imposuit; nihil enim aliud illis verbis affirmat, nisi ipsum mera religionis christianae doctrina, qualis ab apostolis tradita sit, esse institutum

---

usitatum fuisse videtur, insignitus nobis notus est. Qui vero epistolam γνήσιον Justini foetum esse negant, alium quendam Diognetum, origine gentilem et nobis plane ignotum, significari contendere coacti sunt.

8) Id etiam eo firmatur, quod nulla in hac epistola mentio fit apologiarum. Harum igitur minime est tamquam commentarius, quo Martyr, quae in iis brevius attigerit, Diognetum doceat. Quod quidem monere volui contra auctorem libri celebratissimi *Agapes* nomine inscripti p. 394..

9) Id quod etiam probavit Grossheim: l. c. p. 29.. Recte V. D. addit, Christianos in epistola nostra jam longe lateque propagatos apparere.

10) Cf. dial. c. 110. p. 337: Ὅσον ἐφ' ὑμῖν (Jud.) καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις (i. e. ethnic.), οὐ μόνον ἀπὸ τῶν κτημάτων τῶν ἰδίων ἕκαστος τῶν Χριστιανῶν ἐκβέβληται κ. τ. λ.. Cfr. praeterea Hase: *K. G.* ed. 3. p. 54..

11) Hoc tantummodo argumentum contra γνησιότητα epistolae protulit Oudinus: Comm. de scriptt. eccl. I. p. 202..

12) Vide huj. lib. §. 1. not. 2..

eique aures animumque accommodasse [13]). Tertium Tillemontii argumentum inde sumtum est, quia Christiani in hujus epistolae exordio dicantur novum genus, quod nunc demum in mundum venerit. Nihil probat. Etenim Justino tam recens videbatur res christiana, ut diserte diceret ap. I. c. 63. p. 96: *Ὅτι υἱὸς Θεοῦ καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστι, πρότερον λόγος ὢν — νῦν δὲ διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος.* Etiam alii Patres rationem ducentes magni spatii, quod religioni a Christo instituendae antecessit, aetatem christianam tamquam recentem fingunt, ut Tertullianus, qui Christianismum vocat sectam novellam (Apol. c. 21.) ac novitiolam paraturam (ib. c. 47.). Idem (c. 37.) Christianos esse hesternos profitetur [14]). Sed pergit Tillemontius post eversa Hierosolyma (a. 70.) epistolam minime esse exaratam [15]), quoniam ejus auctor (c. 3. p. 496. A.) dicere non potuisset, Judaeos per sanguinem et nidorem et holocausta facere Deo sacrificia [16]). Quidni? Judaei post Urbis et templi exci-

---

13) Neque significant illa verba *ἀποστ. γεν. μαθ.*: „Quum apostolorum fuerim discipulus," sed: „Factus apostolorum discipulus." Quid? Apud Joannem evang. IX. 28. legitur: *Ἡμεῖς* (Pharisaei) *δὲ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί.* Cfr. etiam Fabricius: l. c..

14) Eusebius H. E. I. 4: *Νέοι σαφῶς ἡμεῖς, καὶ τοῦτο καινὸν ὄντως ὄνομα τὸ Χριστιανὸν ἀρτίως παρὰ πᾶσιν ἔθνεσι γνωρίζεται.* Adde Irenaeum adv. haeres. I. c. 17. p. 425. et multos alios, quos simili ratione dicentes inducit Kortholt in comment. ad nostram ep. l. c. (in fine ed. Col. p. 55. coll. p. 31.).

15) In hac re discesserunt nuperrime ab eo Hefele: l. c. p. XXI. et Möhler: l. c. p. 166. coll. *Theol. Quartalschr.* l. c. p. 450., qui epistolam Trajani temporibus confectam esse censent a discipulo quodam apostolico. J. P. Baraterius (Disquisition. chron. Ultraj. 1740. p. 77.) eam Clementi Rom. adscribit, Gallandius (l. c. p. LXIX.) et Lumper (l. c. I. p. 189. sq.) Apollonio Alex., Pauli apost. comiti (Act. apost. XVIII. 24. sqq.), Whiston (coll. Göz: *Just. d. M. zw. Ap.* etc. p. 135.) Timotheo, C. D. a Grossheim (l. c. p. 28. sq.) auctorem epistolae ad D., fortasse Alexandrinum, a Gnosticorum indole haud alienum fuisse autumat. Omnes autem certis destituti sunt argumentis.

16) Atque propter hoc solum argumentum etiam Schröckhius (*Chr. K. G.* III. p. 45.) in dubio versatur, num haec epistola revera sit genuina.

dia victimas offerre desierant, nihilominus scriptori, discrimen Christianos inter atque Judaeos exponenti, in universum veluti praecipuam superstitionem afferre licebat cruenta illa sacrificia, quae populus Judaicus semper animo et voluntate retinebat. Hoc Maranus aliis praeterea testimoniis firmat; nam ut unum ex iis proponam, Phileas Martyr (Act. Mart. p. 444.) solis Judaeis dicit praeceptum fuisse, ut Deo soli sacrificarent Hierosolymis; nunc autem illos peccare aliis in locis solemnia sua celebrantes. Judaeos etiamnunc sacrificia offerre, quae tamen a Deo respuantur, ipse Justinus in dialogo c. Tryph. [17]) testatur.

§. 26.

Jam audiamus Boehlium, cujus argumenta nuperrime Hefelius probavit. Ac de primo quidem a stilo repetito [18]) jam diximus. Alterum in eo cernitur, quod Justinus lubenter V. T. libris usus sit, hujus contra epistolae auctor, Christianus e gentilibus ortus, illos libros parum curaverit. Et recte quidem. Agitur enim cum pagano, non cum Judaeo atque quemadmodum Justinus in longa illa cohortatione ad Graecos, licet saepe opportuna occasio oblata esset, vix sexies, quod equidem sciam, libros V. T. citavit, sic hac in epistola brevi ter ad eos allusit, scilicet ad Genes. II. 9. verbis c. 12. p. 502: Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χωρίῳ (nimirum ἐν τῷ παραδείσῳ) ξύλον γνώσεως καὶ ξύλον ζωῆς πεφύτευται, ibidem ad Gen. III. 7; Ἵι μὴ καθαρῶς χρησάμενοι οἱ ἀπ' ἀρχῆς, πλάνῃ τοῦ ὄφεως γεγύμνωνται et c. 9. p. 500. ad Jes. LIII. 4: Τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο. Attamen si quis spuriam objecerit esse cohortationem ad Graecos, is sciat, non solum in apologia priori usque ad c. 33. p. 75., sed etiam in tota posteriori prorsus nullum locum, etiamsi inter-

17) C. 117. p. 344: Θυσίας — γινομένας ὑπὸ τῶν Χριστ. προλαβὼν ὁ Θεὸς — τὰς δὲ ὑφ' ὑμῶν καὶ δι' ἐκείνων ὑμῶν τῶν ἱερέων γινομένας ἀπαναίνεται. Coll. huj. lib. §. 71. not. 64.

18) Hoc argumento etiam utitur Grossheim (l. c. p. 6.), qui epistolae ad D. auctorem dicit (assiduum?) Paulinarum se praebere lectorem. Talem Justinus quoque sese probavit. Cf. §. 17. not. 16.

dum copia data erat, esse allegatum e vetere Testamento. Quin imo in nostra epistola, ut dial. c. 119. p. 347. E. 348. A., N. et V. Ti libros componi neque de eorum gravitate divinaque auctoritate dubitari, satis indicant verba c. 11. p. 502: *Εἶτα φόβος νόμου ᾄδεται, καὶ προφητῶν χάρις γινώσκεται, καὶ εὐαγγελίων πίστις ἵδρυται, καὶ ἀποστόλων παράδοσις φυλάσσεται.* Unde simul luce clarius patet, epistolam multo post tempora apostolica, quum evangelia et epistolae essent quodammodo jam collecta, esse confectam, id quod omnes ii aut non viderunt aut dissimularunt, qui eam Martyri abjudicarunt ejusque auctorem apostolorum aetati prope accessisse opinati sunt[19]). Denique Boehlius[20]) epistolae integritatem impugnavit, extremam partem inde a c. 11. p. 501. (*Οὐ ξένα ὁμιλῶ κ. τ. λ.*) vel totam esse spuriam atque assutam existimans, vel saltem quam maxime interpolatam. Sed, ut Hefelius recte ait, temere vir doctus id egisse videtur.

Quae C. D. a Grossheim et Herbigius Justinum (qui, id quod prorsus neglexerunt secum reputare, etiam in omnibus residuis scriptis non semper satis sibi constitit et saepe numero pro diversis temporibus, locis et hominibus diversum in modum rem suam tractavit) dicunt aliter atque auctorem hujus epistolae de diis gentilium (c. 2. p. 494. sq.), de nonnullis Judaeorum superstitionibus (c. 3. sq. p. 496.)[21]), de Christianorum cultu divino, de mortis Jesu Christi effectibus disserere, non talia sunt, quibus res conficiatur; haec scilicet, ut multa alia, cum doctrina in ceteris Justini libris proposita possunt facile conciliari[22]). Alia aperte Justiniani ingenii indolem produnt, ut

19) Vid. Böhl: l. c. p. 113..

20) Cf. l. c. p. 115. sqq. eumque secutus est Grossheim: l. c. p. 80. sq..

21) Coll. Neander: *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I. 3. p. 749..

22) Quemadmodum in epistola ad Diogn.; sic etiam alibi paganorum dii inanimati et mortui dicuntur (Ap. I. c. 9. p. 57. C.) atque mera idola (Dial. c. 11. p. 228. D.) manu facta (ib. c. 35. p. 253. E.). Haec ex materia fabrefacta adorari a gentibus (ib. c. 69. p. 295. C.), qui ista deos suos neque audientes neque videntes, omnia posse ac pollere credant (de res. c. 5.). Respicere videtur Justinus ad I. Chron. XVI. 26:

quae dicuntur de Christo filio Dei unigenito (Ep. ad D. c. 10. p. 500. D., coll. dial. c. 105. p. 332. C.) et Logo mundum construente (Ep. c. 7. p. 498. C., coll. ap. II. c. 6. p. 44. E.), quem, quum antea totus ab hominibus comprehendi non posset, quia tantummodo particulam ejus habebant, Pater universorum et invisibilis hominum saluti misit, ut totus cognosceretur haberetque firmam in illorum cordibus sedem (Ep. c. 7. p. 498. C., 499. A., coll. dial. c. 127. p. 356. E., ap. I. c. 32. p. 74. B., c. 66. p. 98. A., ap. II. c. 13. p. 51. D. al.). Quibus adde ea, quae disputantur de creatione mundi propter homines (Ep. c.

Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα. Aliis locis (Ap. I. c. 5. p. 55. D. E., c. 12. p. 59. D., II. c. 5. p. 44. B. al.) ejus intererat, ut gentilium deos diceret esse daemones, id quod probare poterat Psalmo XCVI. 5: *Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια.* Bene hanc utramque consociat de diis ethnicis opinionem in dial. c. 73. p. 298. (coll. ap. I. c. 9. p. 57. D.): *Ἐκεῖνα γὰρ* (sc. *οἱ θεοὶ τ. ἐθν.*) *εἴδωλά ἐστι δαιμονίων.* Vide §. 49. not. 15. et §. 61. not. 21.. — Etiam ad Judaeorum superstitiones quae attinent, nullam offensionem praebent. Etenim, inquit Martyr in dialogo, circumcisio, feriae, sabbata, munera, sacrificia, quae, populo Judaico propter ejus cordis duritiem a Deo imposita (c. 18. p. 235. E.), *τύποι* fuerant rei christianae (c. 40. sqq. p. 259. sqq.), finem habuerunt in Christo (c. 43. p. 261. C.). Quodsi etiam nunc illae leges et ceremoniae retinentur a Judaeis in earumque observatione isti, omnia carnali modo intelligentes animique pleni nequitia, justitiam ponunt, perverse et ridicule agunt (c. 14. p. 231., c. 23. p. 240. sq.). Neque istis rebus opus fuit ante Mosen; nam licet eas patriarchae non observarent, Deo tamen placuerunt (c. 19. sqq. p. 236. sqq.). Idem respuit postea, quam Christus apparuit, Judaeorum sacrificia (c. 117. p. 344. D. E.), quibus minime indiget (c. 22. p. 238. D.; coll. ap. I. c. 13. p. 60. C. de paganis, qui, ut Judaei, divino numini sacrificia opus esse putabant). Minime pietas in eo cernitur, quod Judaei die sabbati inertes sunt et prorsus nullum negotium gerunt (c. 12. p. 229. C.). Denique Deo manus et pedes tribuentes (c. 114. p. 341. E.) vix differebant ab ethnicis. Coll. §. 25. not. 17. et §. 48. not. 10—12.. — Cultus divinus, ut etiam de eo exemplum afferam, quod haud scio an sit instar omnium, *ἀόρατος* in epist. ad D. c. 6. p. 497. vocatur. Hoc tamen nihil offensionis habet jam propter antitheses, quibus scriptor l. c. utitur; etiam in ap. I. c. 6. p. 56. Justinus Deum affirmat a Christianis coli *λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ.* Adeas praeterea Boehlium: l. c. p. 132. not. ii. — De mortis Christi effectu cf. ep. ad D. c. 9. p. 500.; similes sententias legas in dial. c. 13. p. 229., c. 40. p. 259., c. 95. p. 322. (coll. §. 67. not. 35., 37. et 39.).

10. p. 500. D., coll. ap. I. c. 10. p. 58. B.), quibus Deus rationales dedit facultates (Ep. l. c., coll. ap. I. c. 28. p. 71. C.) et omnia subjecit, quae in mundo sunt (Ep. l. c., coll. ap. II., c. 5. p. 44. A.); de mundo propter Christianos conservato (Ep. c. 6. p. 498. A., coll. ap. II. c. 7. p. 45. B.) eorumque incremento ex persecutionibus capto (Ep. c. 6. p. 498. B. et c. 7. p. 499. A., coll. dial. c. 110. p. 337. B.); de poena, qua improbi afficiuntur usque ad hoc tempus, quo penitus intereunt (Ep. c. 10. p. 501. C., coll. dial. c. 5. p. 223. C.); de corpore domo animae (Ep. c. 6. p. 497. D., coll. dial. c. 40. p. 259. A. et de res. c. 10.) et de aliis permultis rebus, quae ratione nostro Justino propria in medium proferuntur [23]). Sed plura quo minus addamus, praescripti libello nostro limites prohibent.

SECTIO TERTIA.

DE LIBRIS JUSTINO SUPPOSITIS.

§. 27.

In collectione operum Justini aliquot reperiuntur, quae summo virorum doctorum consensu minime ab eo conscripta sunt. Causa autem, cur primis rei christianae saeculis libri attributi sint auctoribus, a quibus nequaquam erant exarati, mox ab errore veterum criticorum repetenda est, qui haud raro vel duo ejusdem nominis scriptores confundebant, vel rumorem excipiebant incertum, vel librorum titulos perperam interpreta-

---

23) Hujuscemodi nonnulla Kortholtus quoque et Maranus collegerunt in notis ad hanc epistolam, neque me poenituit in altera hujus commentationis parte, in qua Justini placita philosophica et theologica accuratius definiuntur, ad doctrinam in hoc epistolio praestantissimo propositam respicere, id quod etiam iis haud ingratum erit, qui illum aut a Martyre scriptum esse diserte negant, aut, ut equidem, praeeunte Marano nihil hac in re satis explorati constitui posse censent.

bantur, mox a fraude pia vulgo vocata, qua quidem sub venerabili Patrum pallio multa sunt in ecclesiae proscenium introducta, quibus vetustatis specie fides atque auctoritas conciliaretur [1]). Talia etiam evenerunt ob nominis famam Justino, cujus spuria scripta nunc breviter recenseamus.

CAPUT VIII.

Ἀνατροπὴ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν.

§. 28.

Conveniunt cum hoc tractatu (p. 549. — 583. ed. M., p. 110. — 159. ed. C.), quae de eo Photius Bibl. Cod. 125. testatur: *Ἑτέρα αὐτοῦ πραγματεία κατὰ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, ἤτοι κατὰ εἴδους καὶ ὕλης καὶ στερήσεως ἐπιχειρηματικοὶ λόγοι, καὶ κατὰ τοῦ πέμπτου σώματος ὁμοίως καὶ κατὰ τῆς ἀϊδίου κινήσεως, ἣν Ἀριστοτέλης δεινότητι λογισμῶν ἐναπέτεκεν.* Toto coelo igitur errant, qui opus a Photio commemoratum hodie exstare negant [2]); quod enim, ajunt, nunc Justini nomen prae se fert et (ut ex ejus exordio liquet) Paulo presbytero dedicatum est, non modo duo priores auscultationis physicae libros, sed etiam complures alios refutare conatur. Hanc opinionem improbans Grabius [3]) Photii codicem fuisse imperfectum suspicatur; at Maranus [4]) vero ipsum Photium, qui hunc librum celerius evolverit, quam accuratius legerit, forte deceptum existimat.

---

1) Legas quae hac de re scite disputavit Danz: Initia doctrinae patristicae. Jen. 1839. p. 10..

2) Perionius, cujus verba affert Sylburg: Opp. Just. ed. Col. Annott. poster. p. 49., Alex. Natalis: Synops. sec. II. p. 55., Tillemont: Mém. II. p. 647. not. 8., Ceillier: Hist. gén. II. p. 43., Möhler: *Patrologie* ed. Reithmayr I. p. 232. alii.

3) Spic. SS. Patrum sec. II. p. 154. sq..

4) Ed. opp. Just. Append. P. I. p. 548..

§. 29.

Hujus lucubrationis philosophicae, qua Aristotelis sententiae maxime de creatione mundi tamquam absurdae oppugnantur [5]), *νοθεία* [6]) jam diu perspecta est, praesertim quum stilus a Justino vehementer differat neque ulla usurpentur s. Scripturae testimonia. Plurimi eam in vulgus prodiisse judicant saeculo sexto septimove [7]); quod vix probari posse videtur, quia Photius, vir acutissimus, procul dubio nullum librum Justino attribuit, nisi a longo temporis intervallo nomine ejus insignitum. Quid igitur? Hunc tractatum, quum ejus principio ita constituta sit revelationis notio, ut ab ea abhorreat, quae vigebat inde a christiano Platonismo, quo genuini Martyris libri referti sunt, cum S. Ven. Baumgartenio Crusio [8]) censemus fortassis ante Justiniana tempora, quibus jam christiani philosophi contra merum Aristotelismum [9]) pugnarent, fuisse confectum.

---

5) Plura excerpsit Semler: *Vorreden zu Baumg. Untersuch. th. Streitigk.* II. p. 65..

6) Vix quisquam praeter Caveum: Scriptt. eccl. hist. lit. p. 28. eam a Martyre scriptam crediderit.

7) Vid. Lumper: Hist. theol.-crit. II. p. 111. sq.. Controversiarum temporibus Arianarum eam exaratam autumat Tennemann: *Gesch. d. Phil.* T. VII. p. 140. sq..

8) *Lehrb. d. chr. D. G.* I. p. 95. not..

9) Huc etiam pertinere videntur observationes, quae praecipue Aristotelem feriunt et sic inscribuntur in editionibus: *Πρὸς τοὺς Ἕλληνας* (p. 583.—585. ed. M., p. 196.—199. ed. C.). Quapropter recte ab Rob. Stephano post Aristotel. dogm. confutationem sunt collocatae, qui locus iis nescio an in MSS. libris fuerit.

CAPUT IX.

Ἔκθεσις τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας.

§. 30.

Hic libellus [1]) (p. 420.—434. ed. M., p. 372.—390. ed. C.) in occidente usque ad inchoatam a Luthero veritatis obscuratae renovationem ignotus, Phil. Melanthon, centuriatores Magdeburgenses et Mart. Chemnitius [2]) statim dubiis Justini scriptis adnumerabant. Exorsis autem Antitrinitariorum controversiis, lubenter eo prout genuino usi sunt Calvinus et Aretius. Atque utinam talis Justini Mart. expositio fidei superesset, sed quam habemus adulterinam esse satis exploratum est. Etenim demum a Leontio [3]) sub nomine Justini citatur, diserte provocat ejus auctor, ut alia silentio praeteream, utique contra morem Martyris ad Paulum apostolum (c. 5. p. 376. B. D. al.), totum orationis genus est fusius, elegantius, nitidius, imo vero saepissime occurrunt termini, ut μονάς, τριάς, οὐσία, ὑπόστασις, ἐκπόρευσις, τρόποι ὑπάρξεως,

1) In editionibus excepta Maranea, quam equidem secutus sum, hoc insignitur titulo: Ἔκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, ἤτοι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος.

2) Vid. Tentzel: Exercitt. sel. P. I. p. 183..

3) Negat Grabius (Spic. Patr. II. p. 163.) hoc opus, ut hodie exstat, jam saec. VI. a Leontio Byz. esse allegatum, sed facile a Marano (Ed. opp. Just. Append. P. I. p. 419.) refellitur. Cfr. praeterea Henr. Canisius: Antiqq. lectt. IV. p. 23.. Fragmenta dedit etiam Angel. Maius: Scriptorum veter. nova collectio. Romae 1833. 4. T. VII. p. 21., 22., 24., 25., 27., 29., 60., 130.. Citantur haec testimonia eadem ratione, de qua jam Maranus l. c. disputavit. Cf. v. c. locum ap. Mai. l. c. p. 22., ubi legitur: Ἐκ τοῦ περὶ τριάδος βιβλίον γ, κεφ. ιζ, quae verba etiam Maranus l. c. in medium protulit et recte (coll. titulum fragmenti ap. Maium p. 27.) ita interpretatus est: *Ex libro tertio, qui est de trinitate, cap.* 17.. Itaque tertius allegatur Pseudo-Justini liber, in quo de trinitate agitur (ipse auctor Expositiones fidei c. 1. p. 372. A. B., postquam declaravit jam duos sese libellos conscripsisse, alterum adv. Judaeos, alterum adv. ethnicos, necesse esse addit, ut suam fidei exponat rationem), at nequaquam dicitur haec de trinitate pertractatio tribus libris constare.

ἕνωσις, πρόσωπα, κοινωνία, ὁμοούσιος, ἄμφω φύσεις, μερίζειν aliique permulti eodem quidem sensu, qui in ecclesia partim uno partim secundo post Justinum saeculo est receptus. Disputatur subtilius et distinctius pariter de trinitatis atque incarnationis mysterio; unum enim probat Pseudo-Justinus esse in tribus personis Deum et unam in Patre, Filio, Spiritu sancto essentiam temeritatemque dicit esse hoc mysterium curiosius scrutari, quum jam scire sufficiat, Filium ex Patre genitum esse, ut lumen ex lumine refulgens (c. 9. p. 380. B.). Jam vero ad οἰκονομίαν h. e. incarnationem Filii Dei progressus demonstrare studet, Λόγον sibi in utero virginis templum, hominem perfectissimum, formasse. Quodsi summa inter hominem et Λόγον sit unio, divinae humanaeque naturae eum participem esse oportere. Sed unionis rationem explicari non posse et quemadmodum lux a sole non secernatur, licet sint duae naturae, sic unum esse Filium, duas naturas.

§. 31.

Praeeunte Natali Alexandro tantum non omnes[4]) publicatam hanc fidei expositionem contendunt post ortum haereseos Nestorianae et Euthychianae, nec Jac. Wellerum[5]), celeberrimum quondam Saxoniae theologum, eam Nestoriano cuidam adscribere poenitet, qui, naturarum unionem quae est καθ' ὑπόστασιν negans, urgeat unionem κατ' ἀξίαν Christumque dividat. Theodoro Mopsvesteno hunc librum attribuit Jablonski[6]), monacho cuidam Tillemontius[7]); Grabius,

4) Alex.: Syn. sec. II. p. 57., du Pin: Nouv. bibl. I. p. 58., Ceillier: Hist. gén. II. p. 47., Lumper: Hist. theol.-crit. II. p. 120. sq., Göz: *Just. d. M. zw. Apol.* etc. p. 135., Kimmel: De Hippolyti vita et scriptis P. I. p. 62. alii.

5) Adv. anatomiam Massonii P. II. disp. 9.. Nestorianismi indicia in expositione fidei invenisse sibi visus est etiam le Quien: Ed. opp. Jo. Damasc. T. I. p. LXII.; nulla vero in illo tractatu Nestoriana inesse contendit Salig: De Euthychian. ante Eut. p. 858..

6) Thes. epistoll. Lacroz. I. p. 193. sqq..

7) Mém. II. p. 648.. Opinionem suam defendit verbis c. 12. p. 385.: Ἐπὶ τῆς καθ' ἡσυχίαν διαγωγῆς τὸν λόγον συνάσαντες τοῦ λοι-

Remy Ceillier et Moehlerus [8]) eum scriptum conjiciunt a Justino Siculo, qui exeunte saeculo quinto in Sicilia floruerit epistolamque ad Petrum Fullonem [9]) dederit, qua duae in Christo naturae defendantur. Maranus [10]) illud opus quietis ecclesiae temporibus confectum putat ab aliquo, qui oecumenica synodo Ephesina (a. 431.) recentior existimari nequeat; at Fritzschius vero et Moehlerus [11]) id exorsis Monophysitarum controversiis (Expos. c. 12. — 15., p. 385. — 387.) h. e. non multo post saeculum quintum medium compositum esse censent. Scriptor observante Moehlero [12]) in ecclesia orthodoxa vixit; quod si aliter se haberet, eum dicere non potuisse, Logon (ad poenae, qua se Adamus praevaricando obstrinxisset, debitum solvendum), e coelo non discedentem, Virginis subiisse uterum veluti divinum quoddam semen, sibi templum, hominem perfectum, formasse summaque naturarum unione prodiisse et deum et hominem [13]).

κοῦ βιοτεύσομεν. Ast Nourrio (App. ad Bibl. SS. Patrum T. I. p. 441.) recte monente, Pseudo-Justinus nihil dicit, nisi se deinceps vitam acturum quietam et ab omnibus alienam concertationibus.

8) Grabe: l. c. p. 165., Ceillier: l. c. p. 48., Moehler: *Patrologie* ed. Reithm. I. p. 230..

9) Cf. Sacrr. concill. collect. ed. Mansi T. VII. p. 1115..

10) Ed. opp. Just. append. P. I. p. 418. sq..

11) O. F. Fritzsche: De Theodori Mopsv. vita et scriptis, Hal. 1836. 8. p. 121. not. 1., Möhler: l. c. p. 229..

12) L. c. p. 228. not. a., coll. Baumg.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D. G.* I. p. 173. not. 1..

13) Expos. c. 10. p. 381. (coll. eund. loc. ap. Maium l. c. p. 29.): *(Ὁ Λόγος) μέσῃ παρθένῳ — χρησάμενος καὶ ταύτης τὴν νηδὺν εἰσδύς, οἱονεί τις θεῖος ὑπόρος, πλάττει ναὸν ἑαυτῷ τὸν τέλειον ἄνθρωπον, μέρος τι λαβὼν τῆς ἐκείνης φύσεως καὶ εἰς τὴν τοῦ ναοῦ διάπλασιν οὐσιώσας· ἐνδὺς δὲ αὐτὸν κατ' ἄκραν ἕνωσιν, θεὸς δμοῦ καὶ ἄνθρωπος προελθών, οὕτω τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσεν.* Sed audiamus Fritzschium l. c. p. 122. not. 1: „Quae ille nescio quis p. 381. — 383. disputavit, manifesto nestoriana sunt eaque arte ad orthodoxorum sensus trahere vel ideo non licet, quia in solos Monophysitas invectus est. Ne multa, erat ille nestoriana formula initiatus, fortasse scholae antiochenae discipulus (Muenter in Staeudlini et Tzschirneri *Archiv für Kirchengesch.* I. p. 25.), qui a contentionum strepitu aliquatenus remotus libello suo paci consulere studuit. Ita-

CAPUT X.

Ἀποκρίσεις πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους περὶ τινῶν ἀναγκαίων ζητημάτων.

§. 32.

Confessa est res, hunc tractatum [1]) (p. 441. — 506. ed. M., p. 391. — 493. ed. C.), in quo Justinianarum sententiarum ne γρὺ quidem, esse adulterinum [2]). Etenim, ut paucis rem absolvamus, in eo Irenaeus Lugdunensis [3]) et Origenes [4]) citantur, notantur Manichaei (Quaest. 127.), quorum haeresiarcha saeculo post Justinum exstitit, commemoratur (Resp. ad quaest. 19.) ἀσκητῶν genus, de quo in germanis Justini libris sermo non est. Alia praeterea non pauca occurrunt, quae ad recentiora tempora congruunt, ut quae de baptismi caeremoniis (Quaest. 14. et 137.), de anachoretis (Resp. ad Quaest. 110.),

---

que etiam atque etiam inculcat, quam reconditum sit incarnationis mysterium atque ab eorum temeritate abhorret, qui illud prorsus perspexisse sibi videntur."

1) Hic liber Quaestionum et Responsionum ad Orthodoxos cum duobus aliis, etiam Quaestionum titulo insignitis — nimirum cum libro *Quaestionum Christ. ad Graecos* (p. 507. ed. M., p. 159. ed. C.) et libro *Quaestionum Graec. ad Christianos* (p. 535. ed. M., p. 199. ed. C.) — arctissime cohaeret, ut jam Photius testatur Cod. 125: *Ἀπωριῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας κεφαλαιώδεις ἐπιλύσεις.* Cf. Baumg.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D. G.* I. p. 172. not. 3.. Hic vir sagacissimus, qui, in libro laudato ubi occasionem nactus est, de rebus Justinianis (ut de omnibus, quae ad dogmatum historiam pertinent) aurò cedroque digna disputavit, p. 173. bene observavit, illos libros initio fortasse inscriptos fuisse mero Philosophi nomine, quod etiam Justino *κατ' ἐξοχήν* esset tributum.

2) Nubem testium ex hominum eruditorum grege affert Tentzel: Exercitt. sel. Vol. I. p. 187. sq..

3) Resp. ad quaest. 115: Ab apostolorum temporibus consuetudo die dominico genua non inflectendi initium cepit, *καθάς φησιν ὁ μακάριος Εἰρηναῖος, ὁ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου, ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ.*

4) In resp. ad quaest. 82. et 86. allegatur Origenis, hebraicae linguae peritissimi, *ἑρμηνεία τῶν Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων.*

de monachis (Quaest. 21.), de angelis (Quaest. 30. coll. 142.), de trinitate (Quaest. 17.) disputantur. Quinetiam prima quaestio magis ad exstincti, quam ad vigentis paganismi tempora quadrat [5]).

§. 33.

Cuinam vero hic liber tribuendus sit, haud definiri poterit. Alii, ut la Croze [6]), eum scriptum putant a Diodoro, episcopo Tarsensi, alii, ut Sixtus Senensis [7]), a Theodoreto propter stilum non alienum ab hujus Quaestionibus in Octateuchum, Dodwello denique foetus Justini, Siculi episcopi [8]), esse videtur. Utcunque res est, hoc tantummodo constitui potest, istum librum, quum saepe in eo de paganismi abrogatione disseratur, post Constantini M. tempora in lucem emissum esse. Quamdiu autem post hanc aetatem, res est satis obscura. Hoc solum conjicere licet, eum non scriptum esse post annum 500., quod auctor (Quaest. 71.) mundum, Christi tempore secundum LXX ante 5500 annos creatum, sex annorum millia esse duraturum asserit. Atque plurimi [9]) in eo mirifice consentiunt, quod libelli editionem in saeculum quintum incidere arbitrantur. Maranus [10]) eandem sententiam defendens scriptorem Syrum fuisse conjicit, praesertim quum in resp. ad quaest. 63. claris verbis sacri Codicis versio apud

---

5) In resp. ad quaest. 74. vocatur Christianismus παγιώτερος abolito Gentilismo et in resp. ad quaest. 126. haec leguntur: *Τοσοῦτον δὲ πλεονάζει ὁ Χριστιανισμὸς καιρὸν* (leg. *καιροῖς*) *τούτοις, ὅσον κρατοῦντος αὐτοῦ ἔλαττον πολεμεῖται ὁ κόσμος, ὧν ἐπολεμεῖτο κρατήσαντος τοῦ Ἑλληνισμοῦ.* Inde apparet, hoc opus non ante Constantini M. tempora publici juris factum esse.

6) Cf. Biblioth. Brem. V. p. 656., coll. Fabricius: Bibl. gr. cur. Harles. Vol. IV. p. 380. sq..

7) Bibl. sanct. IV. p. 276..

8) Vid. Mongitor. in Bibl. Sicula I. p. 417. sq..

9) Du Pin: Nouv. Bibl. I. p. 58., Tillemont: Mém. II. p. 648., le Nourry: Appar. ad Bibl. SS. Patr. T. I. p. 462., Ceillier: Hist. gén. II. p. 45., Lumper: Hist. theol.-crit. II. p. 115, alii.

10) Ed. opp. Just. Append. P. I. p. 434. sq.. Idem censet Möhler: *Patrologie* ed. Reithm. I. p. 230. sq..

Syros usitata (ἡ ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων γλώττης εἰς τὴν τῶν Σύρων γλῶτταν μεταγωγή) excitetur repetaturque (Resp. ad quaest. 65.) diei initium ab horis matutinis. Eidem docto monacho in his quaestionibus nonnulla videntur inesse, quae haeresin clamitent Pelagianam.

CAPUT XI.

Ἐρωτήσεις Χριστιανικαὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας et Ἐρωτήσεις Ἑλληνικαὶ πρὸς τοὺς Χριστιανούς.

§. 34.

Prioris istorum librorum (p. 507.—533. ed. M., p. 159. —196. ed. C.) haec ratio est, ut Graeci i. e. pagani ad quaestiones singulas a Christianis propositas respondeant, sed illico confutentur propter responsiones non recte institutas. Hic quoque tractatus Justino jam diu abjudicatus est [1]). Et recte quidem. Nam, ut alia omittam νοθείας vestigia, invenitur in eo non solum formula: Ἔδοξε τῇ σῇ θεοσεβείᾳ (Confut. resp. I. c. 1. p. 161. B.), quae utique aliena est a Justini aetate, sed et aliquoties (Resp. ad quaest. I. p. 160. A., confut. resp. I. c. 2. p. 161. C. al.) Manichaei commemorantur.

§. 35.

Quum Justinus in apol. II. c. 3. p. 47. dicat: Καὶ γὰρ προθέντα με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας, καὶ μαθεῖν, καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι κ. τ. λ., suspicio Grabii [2]) animum subiit, impostorem quempiam ex modo recitatis verbis occasionem cepisse fin-

1) Solus Kestnerus (*Agape* p. 347. not. 55.) vanae illius opinionis, quam defendebat, amore ita praestrinxerat aciem ingenii, ut hoc opus a Martyre profectum fuisse crederet.

2) Spic. SS. Patr. sec. II. p. 156..

gendi tales interrogationes, responsiones earumque confutationes. Sed haec viri docti conjectura, ut jam Maranus [3]) observavit, vix probabilis videtur. Hic enim liber atque Quaestiones ad Orthodoxos, quibus adnumerandus est is, qui inscribitur: *Ἐρωτήσεις Ἑλληνικαὶ πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς περὶ τοῦ ἀσωμάτου καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν* (p. 535.—547. ed. M., p. 199.—216. ed. C.), ab uno eodemque scriptore originem ducunt, id quod non modo testatur Photius [4]), verum stili etiam similitudo consensioque principiorum [5]). Et profecto horum librorum auctor, ut Maranus ait, nimium acutus et doctus fuit, quam ut Manichaeos commemoraret ac multa alia S. Justini Martyris aetati minime convenientia poneret, si sub nomine S. Martyris latere voluisset.

CAPUT XII.

Epistola ad Zenam et Serenum.

§. 36.

Jam inde ab Halloixii [1]) temporibus omnes viri docti exceptis Sculteto, Caveo et Tentzelio, quem Grabius secutus est [2]), hanc epistolam (p. 408.—417. ed. M., p. 503.—515. ed. C.) mere ethicam [3]) Martyri suppositam esse recte

3) Ed. opp. Just. Append. P. I. p. 507.; coll. Möhler: *Patrologie* I. p. 232..

4) Lege quae supra diximus §. 32. not. 1..

5) Exempla collegit Maranus: l. c. p. 506.. Ex istis Pseudo-Justini scriptis scitu dignissima excerpsit Semler: *Vorreden zu Baumgart. Untersuch. theol. Streitigk.* II. p. 65. sqq..

1) Vid. Illustrium ecclesiae orient. scriptt. vitae etc. p. 282. sq..

2) Scult.: Medulla theol. Patr. p. 2., Cave: Scriptt. eccl. hist. lit. p. 28., Tentzel: Exercc. sel. V. I. p. 193., Grabe: Spic. Patr. II. p. 166..

3) Jac. Schaller: Diss. de ethica chr. ex Justini epist. ad Zenam et Seren.. Argent. 1666. 4. In sermonem germanicum convertit hanc epistolam Jo. O. Glüsing: Monumenta apostolica etc. p. 443. sqq..

intellexerunt. Ex ipsa enim inscriptione in MSS. Codd. [4]): Ἰουστῖνος Ζηνᾷ καὶ Σερήνῳ τοῖς ἀδελφοῖς χαίρειν, videre est, auctorem epistolae simpliciter nominari Justinum, non Philosophum vel Martyrem. Deinde de ea prorsus tacent antiqui scriptores, qui Justini opera enumerarunt. Quin etiam c. 1. p. 503. de epistola quadam sermo est ad Πάπαν [5]), quod vero nomen illa aetate nondum peculiariter tributum erat episcopis. Quid praeterea? Etsi Justinus semper in genuinis scriptis altum silentium de Paulo tenet, in hac tamen epistola c. 16. p. 514. ille apostolus nominatim excitatur. Denique, ut de aliis taceam νοθείας signis, sive ad materiam sive ad scribendi rationem advertis animum, nihil quod Martyris ingenium sapiat, nihil quod cum illo tempore quadret, in ea poteris reperire.

§. 37.

Pleraque omnia, quae in hac epistola dantur praecepta, eam indicant scriptam esse ad homines in monasterio viventes [6]). Nam, ut omittam, quae de concordiae studio (c. 2. p. 503. sq.), de tranquillitate animi (c. 3. p. 504. sq.), de colloquiis fugiendis (c. 4. p. 505. sq.), de moderatione in omni victu et cultu observanda (c. 5. p. 506.), de cautione in commercio cum mulieribus adhibenda (c. 8. p. 508.), de aliis rebus asceticis praescribuntur: ad monachos videntur spectare, quae de regula

4) Vid. Nic. le Nourry: Apparat. ad Biblioth. Patr. T. I. p. 452..

5) Episcopum hac voce designari inter omnes criticos constat. Cf. Sam. Basnage: Annall. politico-ecc. ad ann. 165. p. 130.. Ceterum antiqui neque Justinianam epistolam ad Papam neque πρὸς ἄρχοντας, quae paulo post l. c. commemoratur, cognitam habebant. Vocabulo autem ἄρχοντας, ut cui additum sit μοί, scriptor sine dubio monachus Superiores suos intelligere videtur, non Principes, quos quidem Justinus ἄρχοντας absolute (Ap. II. c. 12. p. 50. B.), vel αὐτοκράτορας, vel simili cognomento solet nuncupare.

6) Haec est post Halloixium vulgata omnium hominum eruditorum sententia, nuper etiam defensa ab auctore libri: *Vers. einer Gesch. d. chr. Moral* I. p. 189., ab Eichstadio: Exercc. Anton. III., in Annall. acad. Jen. Vol. I. p. 265. et Möhlero: *Patrolog.* I. p. 227. sq..

servanda[7]), de labore manuum[8]), de puerorum educatione[9]), de aegrotis curandis[10]) dicuntur. Sunt qui conjiciant[11]), hanc epistolam esse exaratam tempore Heraclii imperatoris (610—641) a quodam Justino, abbate Hierosolymitano, cujus mentio fiat in Actis S. Anastasii Persae martyris sub Chosroë[12]). Quod uno saltem argumento firmandum erat. Alii praeeunte Halloixio observant Isidorum Pelusiotam crebro (Epistt. I. 89. 203. 479. 495. II. 62. V. 45.) idem tractasse argumentum. Quid vero inde lucramur? Minime sequitur, illum epistolae de qua disputamus fuisse parentem.

SECTIO QUARTA.

DE LIBRIS JUSTINI DEPERDITIS.

§. 38.

Justinus non solum contra Judaeos et paganos scripsit, sed etiam, ut ipse in apol. I. c. 26. p. 70. pronuntiat, LIBRUM CONTRA OMNES HAERESES (*σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγε-*

---

7) C. 14. p. 513: *Ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, ἔξω τοῦ κανόνος τρέχει τοῦ δοθέντος αὐτῷ.*

8) C. 17. p. 514: *Ἰσχύνεσθαι δὲ οὐκ ὀρθῶς ἔχει, μή τις ἄρα διὰ τὴν αὐτουργίαν ἀθλίους ἡμᾶς καὶ ἀβοηθήτους ὑπολάβῃ.*

9) C. 17. p. 514: *Προσεκτέον δὲ καὶ παιδίοις, ὅτι τῶν τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Pueros maxime in monasteriis, fuisse educatos nemo ignorat.

10) C. 17. p. 514: *Νοσούντων δὲ οὐκ ἀμελητέον, οὐδὲ ῥητέον, ὅτι διακονεῖν οὐκ ἔμαθον.* Ex his verbis perspicuus est antiquus ille coenobitarum mos, ex quo in morbis alter alteri ea officia praestabat, quae famuli exsequi solent.

11) Halloix: l. c. p. 284., Raynaud: Erotem. de bonis et malis libris p. 147., Tillemont: Mém. II. p. 649., Ceillier: Hist. gén. II. p. 49..

12) Cf. Surii: Act. T. I. d. 22. m. Jan..

νημένων αἱρέσεων) confecerat [1]); hic igitur tractatus, qui temporum injuria et lapsu totus periit, priori est apologia antiquior. Marcionem aggressus est opere, quod ab Hieronymo de vir. illustr. c. 23. CONTRA MARCIONEM INSIGNIA VOLUMINA vocatur (quorum Irenaeus quoque in quarto adversus haereses libro [IV. 6. coll. V. 26.] meminerit) et a Photio Cod. 125. λόγοι κατὰ Μαρκίωνος. Qui quidem λόγοι etiam ante apologiam I. publici juris facti sunt teste Eusebio H. E. IV. 11: Ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωνος σύγγραμμα, μνημονεύει ὡς καθ' ὃν συνέταττε καιρὸν γνωριζομένου τῷ βίῳ τἀνδρός [2]). Tum citat illud Justini ex apologia I. l. c.: Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν κ. τ. λ.. Quid igitur? Omnino placet conjectura Perill. Baumgartenii Crusii [3]), hunc contra Marcionem libellum fuisse partem illius operis contra omnes haereses. Eadem mihi ratio esse videtur FRAGMENTI DE RESURRECTIONE CARNIS [4]). Quod quidem apud Joannem Damasc. fortassis perperam ita inscribitur: Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου — ἐκ τοῦ περὶ ἀναστάσεως. Veteribus enim nullus singularis Justini περὶ ἀναστάσεως tractatus notus est [5]). Jam Grabius [6]) recte observavit, Ju-

1) Idem testantur Eusebius: H. E. IV. 11., Hieronymus: de vir. illustr. c. 23. et Photius: Bibl. Cod. 125.. Haud dubie Irenaeus adv. haeres. et Tertullianus adv. Valent. Justinum allegantes, ad hunc librum alluserunt; vid. Grabe: Spic. Patr. II. p. 166. et Ceillier: Hist. gén. II. p. 50..

2) Haec verba minus accurate Valesius ita vertit: „Qui in libro adv. Marcionem" etc.. Melius Maranus: Ed. opp. Just. praef. P. III. p. LXXIII: „Qui quidem cum etiam opus adv. Marcionem scripsisset, meminit hominis, ut adhuc inter vivos exstantis cum scriberet.",

3) *Lehrb. d. chr. D. G.* I. p. 167..

4) Legitur ap. Joann. Dam.: Parall. T. II. p. 756. sqq. ed. Leq. Praeterea illud ediderunt Halloix: Ill. eccl. or. scriptt. vit. p. 299. sqq., Grabe: Spic. Patr. II. p. 177. sqq., Maran: Ed. opp. Just. Append. P. II. p. 588. sqq., Teller: Just. M. ἀπόδειξις resurrectionis carnis. Helmst. 1766. 4. et Augusti: Chrestomathia patrist. Vol. I. Lips. 1812. p. 3. sqq..

5) Cf. v. Cölln: *Münsch. Lehrb. d. D. G.* ed. 3. T. I. p. 50. not. 8.. Id monere volui contra Herbigium: De scriptis, quae sub nom. Just. circumf. p. 75..

6) L. c. p. 167..

stinum in hoc fragmento prolixo contra haereticos pugnare [7]), unde concludit illud esse sumtum ex libris contra Marcionem, qui una cum infidelibus resurrectionem carnis impugnaverit, Stoicorum principiis in hunc errorem teste Tertulliano c. Marc. V. 19. inductus [8]). „Neque vero, ut de hoc fragmento parte valde exigua truncato Tellerus [9]) ait, ulla dubitatio relicta est, quin opusculum genuinum Justini esse existimetur, atque vel unum Methodii (ap. Phot. Cod. 234. p. 921. ed. Hösch.) testimonium proximi aetate, omnem vinceret, si aliunde quidem oriri posset. Sed ita etiam sibi in hoc similis apparet Justinus [10]), ut qui suo sensu experiri velit, ei auctores simus, ut apologiam tantum cum hoc fragmento continua lectione percurrat.“ Atque nostris temporibus vix quisquam praeter Herbigium [11]) prodiit, qui Justino hoc fragmentum penitus ab-

---

7) Cfr. Teller: l. c. p. IV. not. b, V. a—c, X. a, XXXVII. a, alibi saepius.

8) V. Cölln l. c.: *Die Aechtheit des wahrscheinlich aus Justins Büchern gegen Marcion geflossenen Fragments ergiebt sich aber aus der genauen Zusammenstimmung desselben mit den noch vorhandenen ächten Schriften.* Comp. Teller l. c. praefat. p. 8., qui Justinum hoc in fragmento cum Gnosticos tum Marcionitas, ut plurimum φανταστάζοντας, sibi adversarios sumsisse dicit.

9) In praef. l. c..

10) Hoc Tellerus in notis luculenter probavit; cf. etiam nostri lib. §. 61. not. 21., §. 62. not. 27., 28., 30., §. 75. not. 87. 94. al.

11) L. c. p. 74. sqq.. Ex iis, quae attulit ad rem suam defendendam, alia optime possunt conciliari cum apologiis et orationibus ad Graecos, alia, de quibus occasione nulla data in ceteris scriptis non sermo est, prorsus conveniunt Martyris ingenio. Hoc facile intelligi potest ex iis, quae de singulis Justini dogmatibus disputabimus. — Etiam in hoc fragmento dijudicando minus accurate versatus est Herbigius, qui quorundam scriptorum more, ut nova scilicet proferret, saepenumero vetera et explorata repudiavit. Ut unum saltem exemplum afferam, dicit auctorem tractatus de resurr. (c. 5.) statuere deos gentilium esse mera idola. Statuit. At enimvero, ut alibi interdum, iste criticus omisit, quae causae suae refragarentur. Nimirum statim l. c. leguntur verba: *Εἰ γὰρ τοῖς εἰδώλοις τὰ ἔθνη τοῖς θεοῖς αὐτῶν — τὰ πάντα δύνασθαι πεπιστεύκασι, δαιμονίοις οὖσι κ. τ. λ.*. Nonne igitur, amabo te, hoc in libello Justinus noster gentilium deos daemonia esse testatur, insuper provocans ad Ps. XCVI. 5: *Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια?* — Firmis

judicaret; imo vero explorate ejus γνησιότητα haud sine justa causa pronuntiarunt eoque usi sunt viri his in rebus versatissimi Muenscherus, Staeudlinus, Keilius, Bretschneiderus, Credнerus, Hagenbachius alii [12]).

§. 39.

Duorum praeterea librorum Justinianorum mentionem facit Eusebius H. E. IV. 18. his verbis: Ἐπὶ τούτοις ἐπιγεγραμμένον ψάλτης [13]), καὶ ἄλλο σχολικὸν περὶ ψυχῆς [14])· ἐν ᾧ διαφόρους πεύσεις προτείνας περὶ τοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προβλήματος, τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων παρατίθεται τὰς δόξας, αἷς καὶ ἀντιλέξειν ὑπισχνεῖται, τήν τε αὐτὸς αὐτοῦ δόξαν ἐν ἑτέρᾳ παραθήσεσθαι συγγράμματι. Hunc DE ANIMA tractatum, cujus, ut Grabius [15]) exponit, aliqua in Tertulliani libro de anima deprehenduntur vestigia, Justinus scripsisse videtur seriore vitae tempore, quo cum Crescente aliisque philosophis Romae certabat. In libello autem PSALTES inscripto nescio an Justinus de carminibus, quae Christiani, ut Plinius epist. X. 97. (coll.

---

destituti sunt rationibus etiam Tillemont: Mémoir. II. p. 170., Maran: Ed. opp. Just. p. 584. sq. et Möhler: *Patrologie* ed. Reithm. I. p. 234..

12) Münscher: *Handb. d. chr. D. G.* II. p. 480., Stäudlin: *Gesch. d. Sittenl. Jesu* II. p. 115., Keil: Opuscc. acad. ed. Goldhorn p. 727., Bretschneider: *D. Grundl. d. ev. Piet.* p. 298., Credner: *Beiträge zur Einl. in d. bibl. Schr.* I. p. 104., de Wette: *Chr. Sittenl.* II. 1. p. 237., Augusti: l. c. praef. p. VI. coll. *Lehrb. d. chr. D.G.* ed. 4. p. 48. not. 2., Zastrau: De Just. M. bibl. studiis P. I. p. 5., Baumg.-Crusius: l. c. II. p. 861. not. 1. et p. 1275., Lentz: *Gesch. d. chr. Dogmen* I. p. 63., Hase: *Lehrb. d. ev. Dogm.* ed. 2. p. 53. not. d. et p. 122. not. c., Hagenbach: *Lehrb. d. D. G.* I. p. 241. not. 4. aliique permulti.

13) Hieronymus de viris illustr. c. 23: „Exstat ejus — et alius liber, quem praenotavit Psalten (coll. Phot. Cod. 125.), et alius de anima."

14) H. e. expositio obscuriorum de anima quaestionum apposita demonstratione. Vid. Vales. ad l. l. et Baumg.-Crus.: De orig. ep. ad Hebr. conject. Jen. 1829. p. 6. not. 2..

15) L. c. p. 168. sq..

Pauli ep. ad Ephes. V. 19., ad Colos. III. 16. et Euseb. H. E. V. 18.) refert, Christo dicere solebant, disseruerit ibique praescripserit ψαλμῳδίας rationes[16]).

§. 40.

Justinum etiam COMMENTARIUM IN HEXAEMERON (ὑπομνήματα εἰς ἑξαήμερον) scripsisse dicunt, cujus fragmentum ex Anastasii in Hexaëm. libro VII. Grabius et Maranus[17]) dederunt, sed talis neque ab Eusebio neque ab Hieronymo et Photio commemoratur. Liber vero DE PROVIDENTIA ET FIDE (λόγος περὶ προνοίας καὶ πίστεως) AD EUPHRASIUM SOPHISTAM, cujus fragmenta pauca affert Maximus Opuscc. polem. T. II. p. 154., junioris Justini[18]) videtur esse; nam in ejus particula quadam, quae Opp. Just. ed. Col. p. 516. allegatur ex Euthymii Zig. Panopliae dogm. P. II. tit. 15., τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ mentio injicitur. Denique, ut alia silentio mittam[19]), ex Hieronymi (de vir. illustr. c. 9.) verbis: „Scripsit (Joannes) apocalypsin, quam interpretatur (μετέφρασαν) Justinus Martyr et Irenaeus," nonnulli COMMENTARIUM IN APOCALYPSIN a Justino compositum esse perperam conjecerunt. Nam quum neque Hieronymus recensens illorum Patrum opera neque alii scriptores antiqui talem expositionem commemorent, illa verba intelligenda mihi videntur de singulis locis passim laudatis et explicatis. Et revera Justinus quaedam

16) Isidorus Hispal. de eccl. offic. I. 5. (coll. Augustini Confessionn. X. 33. 2.): „Primitiva ecclesia ita psallebat, ut modico flexu vocis faceret psallentem resonare, ita ut pronuntianti vicinior esset, quam canenti." Cf. praeterea Augusti: *Denkwürdigkk. aus d. chr. Archäol.* IV. p. 133. sq. et V. p. 234. sqq..

17) Grabe: l. c. p. 195. sq. coll. p. 243. sq., Maran: l. c. p. 598. sq..

18) Cfr. Fabricius: Bibl. gr. ed. Harl. VII. p. 67.. Multos, quibus nomen erat Justinus, excitat Halloix: l. c. p. 352. sq..

19) V. c. Justino nostro alii abbreviationem Trogi Pompeji attribuerunt, alii ab eo confectum esse nugantur commentarium in Areopagitae eccles. hierarchiam et mysticam theologiam; cf. Lumper: Hist. theol.-crit. II. p. 127..

ex apocalypsi quodammodo interpretatur in dial. c. 81. p. 308. A. B.. Irenaeus quoque, quem Hieronymus l. c. una cum Justino nominat, nunquam commentarium in apocalypsin scripsit, sed ejus aliquoties infert mentionem, ut adv. haeres. IV. 20., V. 26. et 30.[20]).

20) Cfr. Lücke: *Versuch einer vollst. Einleit. in d. Offenb. Joh.* p. 284. sqq..

PARS POSTERIOR.

DE JUSTINI DECRETIS PHILOSOPHICO-THEOLOGICIS.

§. 41.

Juvat ante, quam ipsam enarramus Justini doctrinam, paucis enumerare viros eruditos, qui de eadem materia plus minusve commentati sunt. Fuerunt fere hi: E. Sal. Cyprianus [1]), Remy Ceillier [2]), Prud. Maranus [3]), T. Jac. Reuchlin [4]), J. S. Semler [5]), Ph. Chr. Gratianus [6]), Andr. Jos. Onymus [7]), P. G. Lumper [8]), S. G. Lange [9]), Jo. Ad. Göz [10]), C. Aug. Th. Keil [11]), Chr. Ern. Her-

---

1) Diss. de Clementis Rom., Ignatii, Polyc. et Just. M. doctrina evang. Cob. 1701. 4. p. 10. sqq., rec. in Ejusd. Dissertt. var. argum. p. 31. sqq..

2) Historie générale des auteurs sacrés et ecclés. etc. T. II. à Paris 1730. 4. p. 54. sqq..

3) Ed. Opp. Just. Paris. 1742. Fol. Praefat. P. II. p. X. sqq..

4) Dissertationes III de doctrina Justini M. Argent. 1747. 4..

5) Introd. in *Baumgart. Untersuchung theol. Streitigkk.* T. II. Halle 1763. 4. §. 55. et 56. p. 43. sqq..

6) Diss. de memorabilibus Justini M. historicis et dogmaticis. Tub. 1766. 4. p. 16. sqq..

7) Diss., qua exponitur S. Justini de praecipuis religionis christ. dogmatis sententia. Wirzeb. 1777. 8.

8) Historia theologico-crit. de vita, scriptis atque doctr. SS. Patrum P. II. Aug. Vind. 1784. 8. p. 130. sqq..

9) Diss., in qua Justini M. apol. I. pro Christ. sub examen vocatur. Jen. 1795. 8. P. II. p. 8. sqq. (fere tota rec. in Ammonii al. diario: *Neues theol. Journal* 1795. fasc. 6. p. 608. sqq.); coll. Ejusd. *Ausf. Gesch. d. Dogm.* T. I. Lpz. 1796. 8. p. 102. sqq. et 147. sqq..

10) *Just. d. M. zweite Apol. u. Bew. d. Alleinherrsch. Gottes.* Nürnb. u. Altd. 1796. 8. p. 158. sqq..

11) De doctoribus vet. eccl. culpa corruptae per plat. sententias theologiae liberandis comm. XXII, rec. in Ejusd. Opuscc. acad., quae ed. J. D. Goldhorn Lips. 1821. 8. p. 439. sqq..

big [12]), J. A. Moehler [13]). Quibus adde librorum, qui dogmatum historiam tractant, auctores notissimos.

SECTIO PRIMA.

DE PHILOSOPHIA ET THEOLOGIA UNIVERSE SPECTATA.

CAPUT I.

DE PLATONISMO JUSTINI.

§. 42.

Jam saeculo secundo patet in ecclesia usus philosophiae Platonicae, ita tamen, ut Patres eam neque pure accipere neque semper ex ipsis fontibus haurire soliti fuerint. Etenim illa philosophia, dudum Judaeis cognita Alexandrinis, maxime idcirco ad Christianos perveniebat, quod ejus mens sententiae christianae admodum cognata erat [14]) et utraque gravissima exoriebatur Gnoseos adversaria. De Platonismo autem, qualis inter christiana tempora exstiterit, mancam et falsam olim fuisse disputationem, inter omnes hodie constat [15]); nam illa

12) Comment. de scriptis, quae sub nomine Justini ph. et M. circumferuntur. Vratisl. 1833. 8. p. 11. sqq..

13) *Patrologie, od. christl. Literärgesch.* ed. F. X. Reithmayr. T. I. Regensb. 1840. 8. p. 234. sqq.. — Sis adeas praeterea J. J. Rau: De philosophia Justini M. et Athenagorae. Jen. 1733. 4., J. Brucker: Historia critica phisosophiae. T. III. Lips. 1743. 4. p. 367. sqq., D. Tiedemann: *Geist d. specul. Philos.* T. III. Marb. 1793. 8. p. 166. sqq., F. Schleiermacher: *Gesch. d. Philos.* ed. Ritter. Opp. Tom. IV. Pars 1. Berol. 1839. 8. p. 155. sq..

14) Stäudlin: De phil. Plat. c. doctr. rel. jud. et chr. cognat. Gott. 1819. p. 3: „Magnam et singularem quandam inter philosophiam Platonis et doctrinam religionis biblicam similitudinem et cognationem intercedere, uno fere omnes harum rerum gnari judicaruut."

15) Libros huc pertinentes recensuerunt Walch: Bibl. patr. ed. Danz p. 448. sqq., Keil: l. c. p. 444. sqq. et Baumg.-Crusius: *Lehrb. d. chr. D.G.* I. p. 167. sqq..

cognatio minus recte ad pauca tantummodo referebatur, scilicet praecipue ad doctrinam de logo, de spiritu sancto, de triade divina [16]). Enimvero Platonismum magnam in dogmata constituenda excolendaque vim et efficaciam exercuisse exploratum est, dum Patres plerique fere omnes prius, quam Christo nomen dederant, aut Platonis doctrinae addicti, aut ea saltem quodammodo imbuti erant et incitati. Huc accedit, quod ecclesia formulas dogmatum e philosophia academica depromserat; sed cave, ne ipsa placita ecclesiastica Platonismo opineris esse corrupta et depravata. Liberius quidem illo utebantur theologi Alexandrini, ut Clemens, Origenes et Synesius; atqui (id quod probe observes) et ipsi omnem philosophiam revelationi divinae et supranaturali esse subjiciendam constanter existimabant.

§. 43.

Unus e primis philosophis platonico-christianis adversariisque Gnosticorum [17]) erat Justinus, qui jam paganus summe

---

16) Sed illam cognationem arctiorem esse ac propinquiorem docet Baumg.-Crusius: De vet. Platon. chr. atque ethn. discrimine, in Opusco. theol. p. 302: „Proprium hoc fuerat Platonicae doctrinae, ut Dei notionem, quam ad animum hominis referri voluerat primus Socrates, grandiori ac universo sensu ad vitam admoveret, Deo igitur conjungendam, divinitus illustrandam.“ Quibus possunt belle conciliari verba Ackermanni: *D. Christl. im Plato u. in d. pl. Phil.* p. 291: *Heil oder Erlösung und Gottseligkeit des Menschenlebens ist das erhabene Werk u. Ziel des Christenthums; und dieses Heil ist auch unverkennbar der begeisternde Hauptgedanke und Entzweck der platon. Philosophie.* Coll. ibid. p. 332. et Baur: *D. Christl. im Platonismus*, in *Tüb. Zeitschr. für Theol.* 1837. fasc. 3. p. 1. sqq.. De doctrina Platonis ethica noster Baumg.-Crusius: *Lehrb. d. chr. Sittenl.* p. 62. bene ita disserit: *Die plat. Sittenlehre grenzt am nächsten an die unsere und hat vor ihrer Zeit u. Umgebung die Weihe der Religion voraus, so wie die Hindeutung auf Ideale im Menschenleben u. in der Verfassung der Gesellschaft.*

17) Scripserat contra omnes haereses; cf. praeterea dial. c. 35. p. 253: *Εἰσὶν οὖν καὶ ἐγένοντο — πολλοὶ, οἳ ἄθεα καὶ βλάσφημα λέγειν καὶ πράττειν ἐδίδαξαν, ἐν ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ προσελθόντες —, ὧν οὐδενὶ κοινωνοῦμεν, οἱ γνωρίζοντες ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους*

amore amplexus fuerat Platonis philosophiam [18]). Atque eandem etiam posthac retinebat; nam ex philosophicis illius magistri gravissimi (Coh. c. 12. p. 13. B.) decretis ea, quibus mens christiana posset inferri, de certa animi persuasione ad Christi disciplinam transtulit. Haud usquequaque, inquit, aliena est Platonis doctrina a Christi praeceptis [19]); Christiani, quum a Deo omnia esse facta et ornata contendunt, Platonicam sententiam proferre videntur (Ap. I. c. 20. p. 66. D.); inter nostram et illius de Dei natura opinionem solus articulus differt, quia nos dicimus ὁ ὤν, ille τὸ ὄν (Coh. c. 22. p. 20. E.); quinetiam idem jam disputavit de triade divina (Ap. I. c. 59. sq. p. 92. sq.), de resurrectione (Coh. c. 27. p. 26. C.), judicio supremo (Coh. c. 27. p. 25. C., ap. I. c. 8. p. 57. B.) aliisque Christianorum placitis. Et ita quidem saepenumero lubentius ad Platonem quam ad alios philosophos provocat [20]). Etiamsi

---

καὶ ἀνόμους αὐτοὺς ὑπάρχοντας, καὶ ἀντὶ τοῦ τὸν Ἰησοῦν σέβειν, ὀνόματι μόνον ὁμολογεῖν. — Καί εἰσιν αὐτῶν οἱ μέν τινες καλούμενοι Μαρκιανοὶ, οἱ δὲ Οὐαλεντιανοὶ, οἱ δὲ Βασιλιδιανοὶ, οἱ δὲ Σατορνιλιανοὶ, καὶ ἄλλοι ἄλλῳ ὀνόματι, ἀπὸ τοῦ ἀρχηγέτου τῆς γνώμης ἕκαστος ὀνομαζόμενος. Ap. I. c. 26. p. 69. sq., c. 56. p. 91. B., c. 58. p. 92. A., ap. II. c. 15. p. 52. A., dial. c. 80. p. 306. sq., c. 120. p. 349. C. D., de res. c. 2. et 10..

18) Dial. c. 2. p. 219: Με ἦρει σφόδρα ἡ τῶν ἀσωμάτων νόησις, καὶ ἡ θεωρία τῶν ἰδεῶν ἀνεπτέρου μοι τὴν φρόνησιν. Ap. II. c. 12. p. 50: Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι. A sublimi tamen Platonis genio rite aestimando Justinus, ut alii Patres, procul aberat. Cf. H. N. Clausen: Apologetae ecclesiae chr. Ante-Theodosiani, Platonis ejusque philosophiae arbitri. Havn. 1817. 8. p. 13.. — Tiedemann l. c. p. 168: *Als Christ und Platoniker behielt Justin den Hafs gegen alle übrigen Philosophieen bey, ja er erhöhte ihn noch, weil er eben an den Philosophen gröfsere Widersetzung gegen seine Religion bemerkte.* Comp. Kestner: *D. Agape* p. 332.. Facundissimum verae philosophiae praeconium exstat in dial. c. 2. p. 218: Ἔστι γὰρ τῷ ὄντι φιλοσοφία μέγιστον κτῆμα καὶ τιμιώτατον Θεῷ, ᾧτε προσάγει καὶ συνίστησιν ἡμᾶς μόνῃ· καὶ ὅσιοι ὡς ἀληθῶς οὗτοί εἰσιν οἱ φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν προσεσχηκότες κ. τ. λ..

19) Ap. II. c. 13. p. 51: Οὐχ — ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χρ. κ. τ. λ.. Vid. quid contra Bruckerianam (l. c. p. 371.) hujus loci interpretationem monuerit Keil: l. c. p. 453. not. 59..

20) Dial. c. 3. p. 221: Ὡς φησι Πλάτων καὶ ἐγὼ πείθομαι αὐτῷ.

in evangelio majorem gravitatem et auctoritatem inesse censeret, quam in philosophia Platonica, haec tamen tamquam illius *πρόπαιδεία* esse videbatur et Dei institutum, quo hominum animi ad religionem christianam praepararentur. Christi enim disciplinam absolute certam et vere utilem philosophiam[21]) esse existimabat, id quod per totam Cohortationem ad Graecos testatur nec non apertis verbis pronuntiat in dial. c. 8. p. 225: *Ἐμοῦ — πῦρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνήφθη καὶ ἔρως ἔχει με τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, οἵ εἰσι Χριστοῦ φίλοι· διαλογιζόμενός τε πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ* (senis), *ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. Οὕτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ.* Quodsi veritatis inventio finis philosophiae dicitur, quomodo, qui ante Christi adventum veri cognitonem non consequebantur, nomine digni sunt philosophorum? Quandoquidem Socrates, oraculi testimonio omnium hominum sapientissimus, nihil se scire fatetur, qua tandem ratione, qui post eum orti sunt, se coelestia cognovisse profitentur? Cf. coh. c. 36. p. 33. C.

Illam autem doctrinae Platonicae et christianae similitudinem duplici modo Martyr natam esse exponit. Ac primum qui-

---

Ib. c. 5. p. 223. sq.: *Ὃ λέγεις, οἷον καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ αἰνίσσεται. — — Εἴτε ἔλαβε, φημὶ ἐγώ, Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν σοφοὺς ἄνδρας, οἳ ὥσπερ τεῖχος ἡμῖν καὶ ἔρεισμα φιλοσοφίας ἐξεγένοντο*; De res. c. 10. al.; cfr. J. J. Rau: l. c. p. 26. sqq. et Clausen: l. c. p. 17.. Ackermann: l. c. p. 3: *Es war freilich nicht blos im Allgem. die Kenntnifs u. Verehrung der plat. Phil., was diese Männer bewog, in ihren Schutzschriften so häufig auf dieselbe Rücksicht zu nehmen, u. ganze Stellen aus Plato's Werken einzuschalten, gewifs trieb sie hierzu auch der besondere Zweck ihrer Apologien, den sie durch dieses Mittel am besten erreichen zu können glaubten. Was konnte ihnen geeigneter scheinen, die heidn. Obrigkeiten u. Kaiser für das Christenthum günstig zu stimmen, als die Nachweisung der mannichfachen Berührungen zwischen christl. u. plat. Lehren?* Vid. de eadem re (J. Souverain): *Vers. über d. Platonism. der K. V.*, aus d. Franz. v. Löffler ed. 2. p. 178..

21) Dial. c. 2. p. 218: *Οὐ γὰρ ἂν Πλατωνικοὶ ἦσαν, οὐδὲ Στωϊκοί, οὐδὲ Περιπατητικοί, οὐδὲ Θεωρήτικοί, οὐδὲ Πυθαγορικοί, μιᾶς οὔσης ταύτης ἐπιστήμης.* Cfr. Suicer: Thes. eccl. II. p. 1437., Chr. Nifanius: Justinus phil. christ. et M., exhibitus veritatis evang. testis etc. Francof. 1688. 8. p. 10. sqq., Rau: l. c. p. 19. sq..

dem philosophi gentiles, inprimis Plato, quidquid boni et christiani dixerunt, magnam partem ex Mosis [22]) et ceterorum prophetarum sacris scriptis, quae Christianorum doctrinam continent (Coh. c. 13. p. 14. D. dial. c. 29. p. 246. D.), per occasionem itineris in Aegyptum instituti hauserunt. Ita factum est, ut multa cum Christianis facientia vel inviti dicerent atque iis, quae prius non belle opinati fuerant, contraria deinceps statuerent [23]). Plato autem accepta Mosis et reliquorum prophetarum doctrina [24]), ne quem Anytum vel Melitum in sese concitaret apud Athenienses accusatorem veritus, variam quandam et simulatam de diis disputationem instituit (Coh. c. 20. p. 18. D. E.).

---

22) Hic, inquit Just. in coh. c. 12. p. 13. A., omnibus Graecorum philosophis antiquior est jam eo nomine, quod nihil quidquam ante Olympiades a Graecis accurate (ἀκριβές) scriptum est.

23) Ap. I. c. 44. p. 81. sq.: *Πάντα ὅσα περὶ ἀθανασίας — καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες καὶ νοῆσαι δεδύνηνται καὶ ἐξηγήσαντο.* Coh. c. 14. p. 15: *Πολλὰ — καὶ ἄκοντες ὑπὲρ ἡμῶν εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενοι καὶ ἀπὸ Μωσέως καὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ θεοσεβείας ὠφεληθέντες. Οὐ γὰρ λανθάνειν ἐνίους ὑμῶν οἶμαι —, ὅτι καὶ Ὀρφεύς* (Coh. c. 15. p. 15. sq.) *καὶ Ὅμηρος* (ib. c. 17. p. 17. B., c. 24. p. 22. D., c. 28. p. 27. sq.) *καὶ Σόλων καὶ Πυθαγόρας* (ib. c. 19. p. 18. B. C.) *καὶ Πλάτων* (Ap. I. c. 44. p. 81. E., c. 59. p. 92. C.—E., c. 60. p. 93. A.—C.) *καὶ ἄλλοι τινὲς* (ut vetus Sibylla: Coh. c. 16. p. 16. D. et Sophocles: ib. c. 18. p. 17. sq.), *ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γενόμενοι καὶ ἐκ τῆς Μωσέως ἱστορίας ὠφεληθέντες, ὕστερον ἐναντία τῶν πρότερον μὴ καλῶς περὶ θεῶν δοξάντων αὐτοῖς ἀπεφήναντο.* F. J. A. Junius: De Justino M. apologeta adv. ethnicos. Lugd. Bat. 1836. 8. p. 56. sqq..

24) Hoc de Platone jam dixerant Aristobulus ap. Euseb. praep. ev. XIII. 12. et Joseph. c. Ap. II. p. 1079. ed. Hav.. Cf. Kortholt: Pagan. obtr. p. 27. et Lenfant: Bibl. germaniq. II. p. 124. sqq.. Alios libros huc spectantes enumerat Fabricius: Bibl. gr. ed. H. III. p. 148.. Quinetiam Lutherus noster (Opp. ed. Walch. T. I. p. 3.) ait: *Plato hat vielleicht, wie es sich ansehen lässet, in Egypten etliche Fünckleín aus der Väter u. Propheten Predigten zusammengelesen, darum ist er näher herbeygekommen.* Denique haud contemnenda sunt verba F. Astii: *Platon's Leben u. Schriften*, Lips. 1816. p. 370: *Nicht unwahrscheinlich ist es, dafs Platon aus derselben Quelle (den alten Schriften der ägypt. Priester, die vielleicht aus d. heil. Büchern d. Inder geflossen oder doch verwandten Geistes mit ihnen waren) geschöpft hat, welcher Moses seine kosmolog. Ideen verdankte.*

Etiam Spiritum s. cognovit eumque praedicat in Menone, sed sub alio nomine, ne prophetarum doctrinam secutus inimico in Graecos animo videretur esse (ib. c. 32. p. 30. E.). Alteram causam, cur multi aliquid christiani dixerint, Justinus arbitratur in eo cerni, quod Logi particulam (λόγου μέρος, σπέρμα s. μέρος τοῦ σπερματικοῦ θείου λόγου) hominibus a Deo insitam recte usurpaverint (Ap. II. c. 10. p. 48. sq.); quaecunque enim hoc modo praeclare disputarunt, ea sunt Christianorum (ib. c. 13. p. 51. C.). Qua de re modo plura disseremus in capite, ad quod progredimur.

CAPUT II.

JUSTINI DOCTRINA DE LOGO.

§. 44.

Saepenumero commemoratur a Platone λόγος sive νοῦς Dei i. e. ejus mens tamquam complexio idearum sive notionum universalium et archetyporum, ad quorum perfectum omnibusque numeris absolutum exemplar (παράδειγμα) Deus veluti architectus aliquis res visibiles formaverit [1]). Etiam Philo, philosophorum Judaicorum Alexandriae versantium princeps [2]), ut sententias in V. T. libris obvias (LXX Genes. I. 3., Ps. XXXIII. 6. 9., coll. CVII. 20., CXLVII. 15., Jes. LV. 11. al.) prae ceteris cum philosophia academica (hanc videlicet allegorica usus interpretatione in ipso V. T. opinabatur expositam) conciliet,

1) Plura hac de re dabunt Tennemann: *Über d. göttl. Verstand aus d. plat. Phil.* (νοῦς, λόγος), in Pauli *Memorab.* 1791. I. p. 34. sqq., Münter: *Handb. d. ält. chr. D.G.* ed. Evers I. p. 358. sqq., Böckh: *Üb. d. Bildung d. Weltseele im Tim. d. Plato*, in Daubii et Kreuzeri *Studien.* III. p. 1. sqq. alii.

2) Non ignoti erant Philonis (τοῦ σοφωτάτου: coh. c. 9. p. 10. A., c. 13. p. 14. C.) libri Justino nostro, ut ipse testatur in coh. ll. cc. et c. 10. p. 11. B. Consecutus est illorum cognitionem sine dubio Alexandriae (l. c. c. 13. p. 14. C.).

crebro λόγου mentionem agitat, doctrinam de eo ad inferiora referens mysteria, quae νοητικὴν tantummodo κατάληψιν praebent. Plato enim summum numen docuerat esse mere spirituale, ab omni mortali concretione segregatum, humanae incomprehensum cogitationi, materiam (ὕλην) vero concitare omnia mala et physica et moralia. Quodsi Deus in Judaeorum libris sacris summa auctoritate florentibus mundum creasse, ad terram descendisse, hominibus apparuisse dicitur, quid mirum, quod Alexandrini illi philosophi ad hanc difficultatem expediendam notionem numinis effinxerint intermedii, nimirum λόγου, per quem supremus et occultus Deus (ὁ τῶν ὅλων νοῦς) vim et efficaciam exserat in mundum genusque humanum? Est autem λόγος apud Philonem duplicis generis. Ac primum quidem depingitur (more Platonis) ceu ἰδέα τῶν ἰδεῶν s. ἀρχέτυπος ἰδέα, νοητὸς κόσμος i. q. ὁ ἐκ τῶν ἰδεῶν κόσμος Dei mente informatus omniumque rerum formas continens perfectissimas (De mundi opif. Vol. I. p. 4. sq. ed. Mang., Spec. leg. Vol. II. p. 333.); hic λόγος vocatur ἐνδιάθετος. Porro describitur veluti externus, e Deo emanando progressus (i. e. λόγ. προφορικός, quem Philo omnium fere virorum doctorum consensu de ὑποστατικῷ accipit, a Patre distincto)[3]), sed intime tamen cum eo conjunctus; hic πρεσβύτατος υἱός, πρωτόγονος (opponitur secundus Dei filius i. e. mundus: de confus. ling. Vol. I. p. 414.), ἀρχή (ib. p. 427.), ἀρχάγγελος (Quis rerum div. haeres Vol. I. p. 501.), δεύτερος θεός (Fragm. ap. Euseb. praep. ev. VII. 13.) et aliis appellatur nominibus ab eodemque, cujus interventu Deus rerum universitatem condidit (De Cherub. Vol. I. p. 162.) et gubernat (De migrat. Abr. Vol. I. p. 437.), omnes V. T. theophaniae et angelophaniae sunt repetendae[4]). Nuspiam au-

3) Id praeter Grossmannum, Gfrörerum, Lückium, Dähnium nuperrime etiam probavit Grimm in libro egregio: *Comment. üb. d. Buch d. Weish.* p. LIII. not. 34.. Aliter statuit Simson loco mox allegando.

4) Cfr. inprimis Grossmann: Quaestt. Philon. Lips. 1829. 4. II.: De λόγῳ Phil., Gfrörer: *Krit. Gesch. d. Urchristenth.* I. 1. p. 168. sqq., Dähne: *Gesch. Darst. d. jüd.-alex. Rel.-Phil.* I. p. 202. sqq., Hil-

tem Philo hunc λόγον προφορικόν (qui eadem munera colit atque Platonicorum et Stoicorum anima mundi, omnia permeans, continens et administrans) ad Messiam retulit, id quod postea praeeunte Joanne apostolo christiani doctores non respuerunt [5]).

§. 45.

Quibus praemissis jam audiamus Justinum, cujus philosophiae summa et fundamentum in doctrina de λόγῳ cernitur [6]). Ὁ λόγος, inquit, una aderat cum Deo, qui vero voluntate atque consilio eum ex se ipso ante res creatas (tamquam attributum divina forma hypostatica indutum) progenuit [7]). Atta-

---

gers: *Kr. Darst. d. Haeresen* I. 1. p. 63. sqq., L. A. Simson: Summa theol. Joanneae. Sp. I.. Regiom. 1839. 8. p. 28. sqq..

5) J. Mayer: Diss. de λόγῳ. Kilon. 1700. 4., Demmerich: De λόγῳ Patrum. Helmst. 1760. 4. Cum Lückio iis assentior, qui Justini logologiam ad evangelii Joannei prologum referunt. *Allerdings ist* — ut verbis V. D. (*Comment. üb. d. Ev. d. Joh.* I. ed. 3. p. 49.) utar — *der Einfluſs Philos auf die Kirchenväter bey ihrer weiteren Entwicklung des Logosbegriffs unleugbar. Aber der eigenthümlich Christliche Begriff, d. h. die Lehre, daſs der göttliche Logos in Jesu Christo Mensch geworden sey, kommt — in der Chr. Litteratur zuerst in dem Prol. des Joh. Ev. vor.* — — *Justin gebraucht und entwickelt sie auf eine Weise, daſs man sieht, er fand sie in der Christl. Kirche bereits vor.* Comp. quae observabimus §. 54. not. 30.. Add. Hagenbach: *Lehrb. d. D.G.* I. p. 124. not. 3..

6) Baum.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D.G.* I. p. 171: *Der Mittelpunkt seiner Philos. ist d. Lehre vom Logos, welcher sich in der Schöpfung, in d. Vernunft u. in d. Person Jesu, geoffenbart und mitgetheilt habe.* Vid. Lentz: *Gesch. d. chr. Dogmen* I. p. 98. sqq. et Junius: De Just. M. apol. adv. ethn. p. 67. sqq.; coll. Daniel: *Tatian d. Apol.* Halle 1837, p. 154. sqq..

7) Ap. II. c. 6. p. 44: Ὁ λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων καὶ συνών sc. τῷ πατρί (tamquam ejus mens; λόγ. ἐνδιάθετος). Vid. Keil: Opuscc. acad. ed. Goldh. p. 436.. Dial. c. 48. p. 267: Προϋπῆρχεν υἱὸς τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων. Ib. c. 62. p. 285: Τοῦτο τὸ τῷ ὄντι ἀπὸ τοῦ πατρὸς προβληθὲν (ib. c. 76. p. 301. B.) γέννημα πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων συνῆν τῷ πατρί. Ib.: Ἀρχὴν πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων τοῦτ' αὐτὸ καὶ γέννημα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐγέννητο (i. e. λόγ. προφορικός). C. 61. p. 284: Ἀρχὴν πρὸ πάντων ὁ Θεὸς γεγέννηκε δύναμίν τινα ἐξ ἑαυτοῦ λογικήν. C. 129. p. 359: Ὅτι γεγενῆσθαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦτο τὸ γέννημα πρὸ πάντων ἁπλῶς τῶν κτισμάτων ὁ λ. ἐβούλου

men Pater generatione τοῦ λόγου neutiquam imminutus est. Quale est quod in ipsis hominibus fieri videmus; aliquem enim sermonem (λόγον) proferentes sermonem gignunt, non tamen cum abscissione (κατὰ ἀποτομήν) ita, ut sermo ille, qui in iis inest, dum eum proferunt, imminuatur. Adde aliud exemplum. Nascitur ex igne alius ignis, ut exstet ipse et appareat, non imminuto eo, ex quo accensus est [8]). Logos autem habet multas appellationes inde, quod ex voluntate Patris genitus est ejusque ministrat voluntatem; appellatur igitur Gloria Domini, Deus, Dominus, Sapientia, Filius, Angelus, Archidux, Apostolus aliisque nominibus [9]). Idem porro diversus

(Prov. VIII. 22.). C. 100. p. 327: *Νενοήκαμεν ὄντα καὶ πρὸ πάντων ποιημάτων, ἀπὸ τοῦ πατρὸς δυνάμει αὐτοῦ καὶ βουλῇ* (s. *θελήσει*: cf. 61. p. 284. B.) *προελθόντα*. Ap. I. c. 21. p. 66: *Ἔστιν πρωτότοκον γέννημα τοῦ Θεοῦ*. Dial. c. 105. p. 332: *Μονογενὴς — ἦν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων οὗτος, ἰδίως ἐξ αὐτοῦ λόγος καὶ δύναμις γεγεννημένος*. Cfr. Hegelmaier: An et quo sensu Patres Ante-Nicaeni Christum dixerint creaturam p. 25. sq.. Vid. nostri lib. §. 46. not. 16..

8) Dial. c. 61. p. 284.. B. — D. et c. 128. p. 358. D.; provocat Justinus ad Prov. VIII. 21. — 36.. Lege quae de h. l. observavit Martini: *Vers. einer pragm. Gesch. d. Dogma v. d. Gotth. Chr.* I. p. 45. not. 52..

9) Dial. c. 61. p. 284: *Δόξα κυρίου ὑπὸ τοῦ πν. τ. ἁγ. καλεῖται, ποτὲ δὲ υἱός, ποτὲ δὲ σοφία, ποτὲ δὲ ἄγγελος, ποτὲ δὲ θεός, ποτὲ δὲ κύριος καὶ λόγος, ποτὲ δὲ ἀρχιστρατηγὸν ἑαυτὸν λέγει. — Ἔχει γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι ἔκ τε τοῦ ὑπηρετεῖν τῷ πατρικῷ βουλήματι καὶ ἐκ τοῦ ἀπὸ τοῦ πατρὸς θελήσει γεγενῆσθαι*. Ib. c. 100. p. 327: *Σοφία καὶ ἡμέρα καὶ ἀνατολὴ καὶ μάχαιρα καὶ λίθος καὶ ῥάβδος καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον ἐν τοῖς τῶν προφ. λόγοις προσηγόρευται*. Vid. Maran: ad h. l.; coll. c. 34. p. 251. D., c. 126. p. 355. C.. Ap. I. c. 63. p. 95: *Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ υἱὸς αὐτοῦ — καὶ ἄγγελος δὲ καλεῖται καὶ ἀπόστολος· αὐτὸς γὰρ ἐκαγγέλλεται ὅσα δεῖ γνωσθῆναι, καὶ ἀποστέλλεται μηνύσων ὅσα ἀγγέλλεται*. Dial. c. 56. p. 275: *Λέγεται θεὸς καὶ κύριος — ὃς καὶ ἄγγελος καλεῖται διὰ τὸ ἀγγέλλειν τοῖς ἀνθρώποις, ὅσαπερ βούλεται αὐτοῖς ἀγγεῖλαι ὁ τῶν ὅλων ποιητής*. Ib. p. 276. D.. Angelus, Apostolus et Archidux erant igitur nomina a munere repetita, ut etiam patet ex dial. c. 57. p. 279. C., ubi Martyr narrat, duos angelorum, qui Abrahamo apparuerint, fuisse *τῷ ὄντι ἀγγέλους*, tertium tantum hoc nomine nuncupari. De voce *ἀγγ.* cf. praeterea ap. I. c. 63. p. 96. C., c. 58. sq. p. 280. sqq., de voce *ἀποστ.* ap. I. c. 12. p. 60. A., c. 63. p. 96. C., de ceteris cognomentis vid. §. 58..

est a Patre ac propria utitur essentia [10]), ut πρώτη δύναμις post Patrem et alius dominus sub creatore universorum [11]); quapropter est opinio improbanda eorum, qui logon tantum Virtutem (δύναμιν) esse censent, quae ἄτμητος et ἀχώριστος sit h. e. a Patre abscindi aut separari nequeat et, quemadmodum radii solis, mox prosiliat et emanet ex natura divina, mox in eam revertat (Dial. c. 128. p. 358. B.). Neque nomine solum numerantur, sed et numero aliud quid sunt; nam revera duo exstant et alius quidem Pater in coelis, alius Filius in terram descendens, qui licet numero a Patre sit diversus, non tamen voluntate ab eo differt. Nihil enim unquam fecit, nisi quod eum Deus facere voluit et dicere [12]). Qui quum neque oculis cerni neque loco comprehendi possit, neque unquam e coelo descenderit nec aliquo loco versatus sit, sed semper in sua qualicunque maneat regione, usus est logo, ministro suo, quo mandata divina ad homines perferret resque coelestes apud eos gereret. Ad hunc igitur omnes in V. T. libris narratae theophaniae et anthropomorphismi sunt referendi. Quare nec Abrahamus nec Isaacus nec Jacobus nec hominum quisquam illum omnium omnino ac ipsius Christi Patrem et Dominum non enarrabilem vidit, sed eum, qui secundum illius voluntatem et deus est et angelus ex eo, quod sententiae divinae est minister (Dial.

---

10) Interdum quidem Justinus λόγον vocat δύναμιν (Dial. c. 61. p. 284. A., c. 105. p. 332. D., c. 128. p. 358. A.), sed hoc nomen etiam angelis attribuit.

11) Dial. c. 56. p. 275: Ἕτερος ὑπὸ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων. Ib. p. 276: Ἕτερός ἐστι τοῦ τὰ πάντα ποιήσαντος Θεοῦ. Dial. c. 129. p. 359. B.

12) Dial. c. 128. p. 358: Δύναμις αὕτη — οὐχ ὡς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὀνόματι μόνον ἀριθμεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀριθμῷ ἕτερόν τι ἔστι. Ib. c. 129. p. 358: Δύο ὄντας ἀριθμῷ μηνύει ὁ λόγος ὁ προφ.. Τὸν μὲν ἐπὶ γῆς ὄντα — τὸν δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχοντα. Ib. p. 359., postquam rem loco Prov. VIII. 22. testatus est, pergit: Ὅτι — γεννώμενον τοῦ γεννῶντος ἀριθμῷ ἕτερόν ἐστι, πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσειε. C. 56. p. 276: Ἕτερός ἐστι τοῦ τὰ πάντα ποιήσαντος Θεοῦ, ἀριθμῷ λέγω, ἀλλὰ οὐ γνώμῃ (Martini: l. c. p. 51.). Οὐδὲν γάρ φημι αὐτὸν πεπραχέναι ποτὲ, ἢ ἅπερ αὐτὸς ὁ τὸν κόσμον ποιήσας, ὑπὲρ ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι Θεὸς, βεβούληται καὶ πρᾶξαι καὶ ὁμιλῆσαι.

c. 127. p. 356. sq.) [13]). Est autem logos, quod ejus relationem ad Patrem attinet, huic subordinatus: μετὰ τὸν (γεννήσαντα) Θεόν (Ap. I. c. 12. p. 59. E., ap. II. c. 13. p. 51. D.) s. μετὰ τὸν πατέρα πάντων καὶ δεσπότην Θεόν (Ap. I. c. 32. p. 74. B.) atque, quum genitum a gignente sit numero diversum, in secundo loco collocatur [14]). Idem ab hominibus colitur jussu ac voluntate Patris, qui in coelo versans Λόγου in terra apparentis dominus est et efficit, ut iste potens sit et dominus et deus [15]).

§. 46.

Deus autem logon ante omnes res creatas ex sese progenuit hoc quidem consilio, ut omnia per eum conderet et ornaret. Quapropter etiam vocatur Χριστός; quo et ipso nomine res significatur indeprehensa [16]).

Summus Pater hominibus quoque particulam (μέρος,

---

13) Cf. praeterea ap. I. c. 62. sq. p. 95. sq., dial. c. 56. — 60., p. 275.—283., c. 126. p. 355. sq.. Sis vide: *Von Jesu Pers. u. Amt nach den alten K.V.*, in Henkii *Mag. für Rel. ph., Ex. u. K.G.* 1795. III. 2. p. 420. sq..

14) Dial. c. 129. p. 359. B. (not. 12.). Ap. I. c. 13. p. 60. sq.: Ἰησοῦν Χρ. — υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες. — Ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν, μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα Θεὸν καὶ γεννήτορα τῶν ἁπάντων ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες, ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον.

15) Dial. c. 93. p. 321: Ἄγγελον ἐκεῖνον ἂν τιμήσῃ Θεοῦ βουλομένου, τὸν ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ. Ib. c. 76. p. 302: Προσκυνητὸν — ἐδήλωσε (c. 126. p. 355. C.). C. 129. p. 358: Ὃς (Θεὸς ἐν τ. οὐρ.) καὶ τοῦ ἐπὶ γῆς κυρίου κύριός ἐστιν, ὡς πατὴρ καὶ Θεὸς, αἴτιός τε αὐτῷ τοῦ εἶναι καὶ δυνατῷ καὶ κυρίῳ καὶ θεῷ. C. 38. sq. p. 256. sqq., c. 68. p. 293. sq..

16) Ap. II. c. 6. p. 44: Γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε. Χριστὸς μὲν, κατὰ τὸ κεχρίσθαι καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν, λέγεται· ὄνομα καὶ αὐτὸ περιέχον ἄγνωστον σημασίαν. Ap. I. c. 64. p. 97: Ἐννοηθέντα Θεὸν διὰ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι. Vid. Mar. ad h. l.. Coh. c. 15. p. 16: Λόγον, δι' οὗ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ πᾶσα ἐγένετο κτίσις. (Ep. ad Diogn. c. 7. p. 498: Λόγον inter homines collocavit, τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, ᾧ τοὺς οὐρανοὺς ἔκτισεν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἰδίοις ὅροις ἐνέκλεισεν κ. τ. λ.).

σπέρμα, σποράν) logi divini attribuit, ut auxilio hujus ἀπὸ μέρους σπερματικοῦ θείου λόγου ad res divinas et coelestes cognoscendas idonei redderentur atquè intelligerent, quid esset honestum, quid pravum [17]). Mox tamen maligni daemones scelestis machinationibus et cujuscunque generis fraudibus sic sunt hominibus potiti, ut, malis istorum daemonum artibus prorsus obcaecati, illo λόγῳ σπερματικῷ non uterentur, in errores deinceps gravissimos inducerentur neque jam amplius possent internoscere verum a falso (Ap. I. c. 5. p. 55. D. E. 56. A., II. c. 5. p. 44. B—D.). Pauci tantum exstiterunt, qui praeter suetum ordinem malis spiritibus non obedientes, ope sibi insiti λόγου θείου meliora cognoscerent moreque Christianorum justitiae studerent et pietati. Hi boni homines quamquam ante Jesu Christi adventum vixerunt, tamen pro re nata Christiani fuerunt [18]). Omnes enim homines, qui secundum illam logi particulam (σπέρμα λόγου) vitam instituerunt, λογικῶς vixerunt; quum autem universus logus (πᾶς ὁ λόγος) idem sit atque Christus, illi etiam christiane vixerunt nec nomine indigni sunt Christianorum [19]). Quales apud Graecos fuere Socrates et He-

17) Ap. I. c. 28. p. 71: *Τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἱρεῖσθαι τἀληθῆ καὶ εὖ πράττειν τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον πεποίηκεν* (ὁ Θεὸς), *ὥστ' ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀνθρ. παρὰ τῷ Θεῷ· λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηνται.* (Ep. ad Diogn. c. 10. p. 500. D.). Ap. I. c. 32. p. 74: *Ἄνθρωποι, ἐν οἷς οἰκεῖ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα, ὁ λόγος.* Ib. c. 46. p. 83: *Λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε.* Ap. II. c. 8. p. 46: *Τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ λόγου.* Ib.: *Σπερματικοῦ λόγου μέρος.* C. 13. p. 51: *Ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικοῦ θείου λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν. — Ἐμφύτου τοῦ λόγου σποράς.* Illa ratione Martyr male interpretatus est Stoicorum rationem disseminatam (λόγ. σπερμ.).

18) Ap. I. c. 46. p. 83: *Τὸν Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν καὶ προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε· καὶ οἱ μετὰ λόγον βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν.* Ap. II. c. 8. p. 46: *Ὡς γὰρ ἐσημήναμεν, πάντας τοὺς κἂν ὁπωσδήποτε κατὰ λόγον βιοῦν σπουδάζοντας καὶ κακίαν φεύγειν, μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνήργησαν οἱ δαίμονες.*

19) (Homines ejusdem logi, qui postea in Jesu persona totus apparuit, partem quandam acceperant. [Χρ.] *λόγος ἦν καί ἐστιν ὁ ἐν παντὶ ὤν*: ap. II. c. 10. p. 48. sq.). Recte Möhler (*Patrologie* ed. Reithm. I. p. 220.) observat: *Dieses unbefangen anerkannt und frei ausgesprochen zu haben,*

raclitus, apud Judaeos (βαρβάρους) Abrahamus, Ananias, Azarias, Misael, Elias alii. Similiter qui olim absque ratione (ἄνευ λόγου) vixerunt, improbi (ἄχρηστοι) et Christo inimici fuerunt eorumque, qui cum ratione (μετὰ λόγου) vivebant, interfectores. Qui vero cum ratione vitam degerunt ideoque Christiani fuerunt nec non impavidi et intrepidi (Ap. I. c. 46. p. 83. C. — E.), aeternam consequentur felicitatem summamque salutem una cum iis, qui Jesum Christum filium Dei agnoscunt [20]). At non solum in vita sancta justus cernitur λόγου σπερματικοῦ usus, sed etiam in doctrina et in scriptis. Etenim quae unquam praeclare excogitaverunt aut dixerunt philosophi ac legumlatores, ea illius λόγου auxilio elaboraverunt. Ut quisque enim disseminatae rationis divinae partem aliquam sibi cognatam videbat, egregie locutus est; sed quia non omnia quae sunt τοῦ παντὸς λόγου i. e. Christi intellexerunt, saepe secum ipsis pugnantia pronuntiaverunt. Quaecunque autem omnes praeclare exposuerunt, ea sunt Christianorum [21]). Attamen etiam hic accidit, ut, qui Christo secundum

---

muſs bei dem schroffen Gegensatze der damaligen christlichen Welt zu der heidnischen als ein sehr groſses Verdienst bezeichnet werden; denn man war nur zu sehr geneigt, alles Nichtchristliche und vom auserwählten Volke der Juden nicht Abstammende als Sünde abzuweisen. Münter: l. c. p. 383., Münscher: An dial. c. Tr. Just. M. recte adscr. p. 21. et Baumg.-Crusius: l. c. II. p. 806. sq. — Propter illam doctrinam, ex qua nonnulli paganorum fuissent Christiani, Justinus olim saepenumero vituperatus est. Ut exemplum afferam, quod nescio an sit instar omnium, non potest N. H. Gundling, quin (De naevis Justini M. praesertim in ratiocinando ab eo commissis, in Observv. sel. Halens. T. II. obs. VII. p. 109.) exclamet: „Ehodum Viri! quid hoc est, si hoc non sophisma est? Patres, qui veritatem invictam docere alios conabantur, fraude utuntur ac technis! An hoc sanctitati eorum convenit?“ Profecto bonus vir stomacho parcere potuisset. Comp. Ittig: Selecta hist. eccl. capp. sec. II. p. 206. sqq.

20) Dial. c. 45. p. 263. sq.: *Οἳ τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ ἀιώνια καλὰ ἐποίουν, εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ τούτου ἐν τῇ ἀναστάσει — σωθήσονται σὺν τοῖς ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον τοῦ Θεοῦ υἱόν.*

21) Ap. II. c. 10. p. 48: *Ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο καὶ εὗρον οἱ φιλοσοφήσαντες ἢ νομοθετήσαντες, κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πεπονημένα αὐτοῖς. ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ τοῦ λόγου*

humanam naturam antiquiores unamquamque rem ratione (λόγῳ) investigare aut refellere aggressi sunt, ii velut impii et curiosi in judicium abducerentur. Quorum omnium longe firmissimus hac in re Socrates in eadem atque Christiani crimina vocatus est a civibus, daemonum malis artibus deceptis et incitatis. Nec prorsus aliena sunt a Christi doctrina Platonis placita, sed Socratis sortem pertimescens haud raro de rebus divinis variam quandam et simulatam disputationem instituit [22]).

Tandem Deus, istam hominum, quorum perpauci tantum melius quoddam et perfectius divinarent optarentque, ignoran-

---

(nam totus logos ἀπερινοητὸς erat: ep. ad Diogn. c. 7. p. 498.) ἐγνώρισαν, ὅς ἐστι Χριστὸς, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον. Ib. c. 13. p. 51: Ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερμ. θ. λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγξατο· οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες οὐκ ἐπιστήμην τὴν ἄπορον καὶ γνῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐστι. — Συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα κ. τ. λ.. Ap. I. c. 4. p. 55: Γινώσκετε ὅτι δὲ οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες, coll. ib. c. 7. p. 56. A., c. 44. p. 82. A., dial. c. 2.—7., p. 218.—225.. Coh. c. 14. p. 15: Πολλὰ γὰρ καὶ αὐτοὶ (pagani phil.) ὑπὸ τῆς θείας τῶν ἀνθρ. προνοίας (ope λόγου σπερμ.) — εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν. — Möhler l. c. p. 220. sq.: *Durch Justins Anerkennung des Göttlichen, das sich auch im Heidenthume nicht gänzlich verloren und unbezeugt gelassen hat, war der innere Zusammenhang der neuen christl. Welt mit der alten in's Bewufstseyn getreten: die Schätze der classischen Literatur waren geöffnet und auch den Christen zugängig geworden, ein Umstand, der für die Bildung der chr. Wissenschaft u. die Vertheidigung der neuen Religion von unberechenbarem Einflusse seyn mufste. Das zweite grofse Verdienst Justins, mit dem ersten enge verbunden, besteht darin, dafs er, wie er Christum als den ewigen persönlichen Logos Gottes, die absolute Vernunft, erkannte, so das Christenthum als den vollkommensten Ausdruck seines Wesens auch als die höchste aller Erscheinungen im Gebiete des Religiösen, darum in einem gewissen Sinne als die Religion der Vernunft schlechthin darstellte. Gestand mithin Justin auch aufserhalb dem Christenthume Spuren und Bruchtheile der religiösen Wahrheit zu, so vindicirte er doch diesem selbst die Wahrheit an sich (Apol. II. c. 8. c. 10.). Hiermit war aber auch das Rationale an der christlichen Religion deutlich anerkannt, und die Beziehung derselben zur Wissenschaft und dieser zu ihr, wenigstens in ihrem letzten Grunde, ausgesprochen, wenn auch noch keineswegs die christliche Religionsphil. selbst gegeben.*

22) Cf. ap. II. c. 10. p. 48. C. D., c. 13. p. 51. B., coh. c. 20 p. 18.

tiam ac perversitatem commiseratus, statuit Filium suum, τὸν (πάντα s. ορθὸν) λόγον sive λογικὸν τὸ ὅλον in terram demittere, qui daemonum potentia fracta homines ad bonam frugem reduceret [23]). Quod Dei consilium simulac illi cognoverunt, multa artificia excogitabant, ne Christus divinus Logos ab hominibus cognosceretur [24]). Veruntamen frustra repugnabant. Namque Deus vaticiniis, ne a daemonibus quidem accurate perspectis, omnia ad Christi adventum pertinentia praedixit hominibusque spem excitavit futuri Servatoris [25]). Qui-

---

D. E., c. 32. p. 30. E.. Lege quae disseruit Ackermann: l. c. p. 58. not. 2.. In ap. II. c. 8. p. 46. C. commemorat Justinus etiam daemonum machinationes in Heraclitum et Musonium (vid. Göz: *Just. d. M. sw. Ap.* etc. p. 38. not. z.), quippe qui κατὰ λόγον vixerint.

23) Ap. II. c. 6. p. 44. sq.: Ἄνθρωπος — γέγονε κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς βουλὴν ἀποκυηθεὶς — καταλύσει τῶν δαιμόνων (v. §. 66. not. 26.). Ib. c. 8. p. 46: Τοῦ παντὸς λόγου, ὅ ἐστι Χριστοῦ. C. 9. p. 48: Ὀρθὸς λόγος παρελθών. C. 10. p. 48: Λογικὸν τὸ ὅλον apparuit δι' ἡμᾶς Χρ.. Ib.: Πάντα τὰ τοῦ λόγου — ὅς ἐστι Χριστός. Ap. I. c. 23. p. 68. C. D.. Orat. c. 5. p. 40. D. E. et ap. I. c. 10. p. 58: (Χρ.) ὁ θεῖος λόγος. Dial. c. 43. p. 261: Κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν γεννηθ. υἱὸν τοῦ Θεοῦ (ib. c. 48. p. 267. D., c. 23. p. 241., c. 87. p. 314. C.). Ap. I. c. 46. p. 83: Κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος ἀπεκυήθη καὶ Ἰησοῦς ἐπωνομάσθη. C. 66. p. 98: Σάρκα κ. αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν. (Ep. ad. Diogn. c. 7. p. 499: Ὡς σώζων ἔπεμψε sc. τὸν λόγ.).

24) Ap. II. c. 8. p. 46: Οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τοὺς κατὰ σπερμ. λόγου μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὴν παντὸς λόγου, ὅ ἐστι Χριστοῦ, γνῶσιν καὶ θεωρίαν, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν. Ap. I. c. 10. p. 58: Ὅπερ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι πρᾶξαι, ταῦτα ὁ λόγος θεῖος ὢν εἰργάσατο, εἰ μὴ οἱ φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολλὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα. Ib. c. 54. p. 89: Ἀκούσαντες γὰρ διὰ τῶν προφητῶν κηρυσσόμενον παραγενησόμενον τὸν Χριστὸν — προεβάλλοντο πολλοὺς λεχθῆναι λεγομένους υἱοὺς τῷ Διΐ, νομίζοντες, δυνήσεσθαι ἐνεργῆσαι τερατολογίαν ἡγήσασθαι τοὺς ἀνθρώπους τὰ περὶ τὸν Χριστόν. Dial. c. 7. p. 225. A. B., ap. I. c. 14. p. 61. A.

25) Ap. I. c. 33. p. 74: Ἃ γὰρ ἦν ἄπιστα καὶ ἀδύνατα νομιζόμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις γενήσεσθαι (ep. ad D. c. 9. p. 500. A. C.), ταῦτα ὁ Θεὸς προεμήνυσε διὰ τοῦ προφ. πν. μέλλειν γίνεσθαι, ἵν' ὅταν γένηται μὴ ἀπιστηθῇ, ἀλλ' ἐκ τοῦ προειρῆσθαι πιστευθῇ. Ib. c. 61. p. 94: Πν. ἁγ., ὃ διὰ τῶν προφ. προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα. Dial. c. 88. sq. p. 315. sqq..

bus ita praeparatis, ὁ θεῖος λόγος assumta Jesu persona apparuit in terra inter homines atque daemonum machinationibus detectis effecit, ut homines, dummodo vellent, secundum τοῦ (παντὸς) λόγου praecepta possent vivere [26]). Justinus autem ut demonstret, τίνα τρόπον σαρκοποιηθεὶς ἄνθρωπος γέγονεν ὁ λόγος (Ap. I. c. 32. p. 74. B.), nihil hac in re inauditi dicit inesse eumque haud poenitet comparationem instituere cum theogoniis et theophaniis paganorum, quibus, quando deum quendam cogitaverint hominem factum, non deus nisi carne humana indutus obversetur [27]). Inprimis affert fabulam de Mercurio, quem gentiles λόγον ἑρμηνευτικόν (ib. c. 21. p. 67. A.) appellent et λόγον τὸν παρὰ Θεοῦ ἀγγελτικόν (c. 22. p. 67. E.). Unde apparet, Martyrem λόγον per ἐνσάρκωσιν stricte sumtam hominem factum existimasse. Quae quidem effecta est διὰ θείου λόγου vel ἐκ θείας δυνάμεως [28]); scilicet Justinus τὸ πνεῦμα atque τὴν δύναμιν, τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ et in Mariam illapsam (Luc. I. 35.) [29]), de logo Dei interpretatur [30]). Hic

---

26) Coh. c. 38. p. 36: (Χρ.) τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων λόγος ἀχώριστος δυνάμει, τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ πλασθέντα ἀναλαβὼν ἄνθρωπον κ. τ. λ.. De res. c. 1: Ὁ λόγος ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, σάρκα φορέσας, ἑαυτόν τε καὶ πατέρα μηνύων. Vid. supra not. 23..

27) Itaque ait in apol. I. c. 21. p. 66 sq.: Τῷ δὲ τὸν λόγον, ὅ ἐστιν πρῶτον γέννημα τοῦ Θεοῦ ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς γεγενῆσθαι Ἰησοῦν Χριστὸν — οὐ παρὰ τοὺς παρ' ὑμῶν λεγομένους υἱοὺς τῷ Διΐ καινόν τι φέρομεν.

28) Ap. I. c. 66. p. 98: Διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησ. Χρ. — καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν. Ib. c. 32. p. 74: Τὸ εἰρημένον αἷμα τῆς σταφυλῆς (Gen. XLIX. 10.), σημαντικὸν τοῦ ἔχειν μὲν αἷμα τὸν φανησόμενον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος, ἀλλ' ἐκ θείας δυνάμεως· ἡ δὲ πρώτη δύναμις — ὁ λόγος ἐστίν.

29) Ap. I. c. 33. p. 75: Δύναμις Θεοῦ ἐπελθοῦσα τῇ παρθένῳ ἐπεσκίασεν αὐτὴν καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. Ib.: Τὸ οὖν, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει (Jes. VII. 14.), σημαίνει οὐ συνουσιασθεῖσαν τὴν παρθένον συλλαβεῖν. Ib.: Τοῦτο (πνεῦμα) ἐλθὸν ἐπὶ τὴν παρθένον καὶ ἐπισκιάσαν, οὐ διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως ἐγκύμονα κατέστησε.

30) Ap. I. c. 33. p. 75: Τὸ πνεῦμα καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις, ἢ τὸν λόγον. Vid. de h. l. §. 59. et 64..

igitur logus secundum Patris voluntatem e coelo descendit in corpus Mariae, in quo carnem sibi pararet, ut in Jesu persona inter homines posset apparere ex daemonum manibus eripiendos et de rebus gravissimis edocendos. Jam igitur Justini exponamus sententiam de rei christianae praestantia.

CAPUT III.

DE RELIGIONIS CHRISTIANAE VERITATE QUID JUSTINUS STATUERIT.

§. 47.

Religionem (*θρησκείαν, εὐσέβειαν, θεοσέβειαν, δικαιοπραξίαν, δικαιοσύνην*) christianam Justinus non in verbis, sed in operibus positam esse putabat eamque referebat ad vitam [1]). Neque id mirum. Illa aetate enim qui Christum ducem ad salutem cognoverant, Salvatoris causam toto animo amplectebantur — excipiuntur impii (*ἄθεοι, ἀσεβεῖς, ἄδικοι, ἄνομοι*) Gnostici: dial. c. 35. p. 253. — ad eamque instituebant vitae rationem ita, ut nisi homo probus et integer non *γνήσιος* Christianus putaretur; quod quidem Martyr ex ipso eorum nomine (*χρηστοί*) per occasionem studet demonstrare [2]). Quum autem Christiani idcirco, quod novam et illicitam viderentur religionem introducere, a magistratibus Romanis qualibet ratione vexarentur quumque a pagana plebe, per sacerdotes excitata, superstitio-

1) Coh. c. 35. p. 33: *Οὐ γὰρ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις τὰ τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας πράγματα.* Ib. c. 38. p. 36. B. Vid. §. 48. not. 4. — Erat Martyri quoque idea regni divini, sed obscurabat eam Chiliasmo, regnum exspectans terrenum. Alia significatione reperitur *βασ. οὐρ.* in Methodii lib. de res. ap. Phot. Bibl. Cod. 234. p. 921. ed. Hoesch.: *Ἰουστῖνος — κληρονομεῖσθαι μὲν τὸ ἀποθνῆσκον, κληρονομεῖν δὲ τὸ ζῶν* (al. *ζωὴν*) *λέγει καὶ ἀποθνήσκειν μὲν σάρκα, ζῆν δὲ τὴν βασιλείαν οὐρανῶν* (regnum spirituum). Cf. Baumg.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D. G.* II. p. 779. not. 2..

2) Ap. I. c. 4. p. 54. sq.: *Ὀνόματος μὲν οὖν προσωνυμίᾳ οὔτε ἀγα-*

nis et impietatis postularentur, necessitate Justinus apologeta adductus est, sacra christiana ut paganorum oculis admoveret dilucideque exponeret, ne, si tegerentur, pericula conflarentur gravissima; itaque nihil ab eo occultatur, nihil reticetur, nihil in ejus scriptis invenitur, quod sapiat disciplinam arcanam [3]).

§. 48.

Jam vero inquiramus, quomodo Justinus, omnium Apologetarum fere primus, quem reliqui multis nominibus sequi solebant, de divinitate atque praestantia rei christianae disputaverit, ac primum quidem contra primarios ejus adversarios, dico Judaeos [4]), seminarium illud, ut Tertullianus ad nation.

θὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποκιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων· ἐπεὶ, ὅσον τε ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος, χρηστότατοι ὑπάρχομεν κ. τ. λ.. Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον. Vid. Baumg.-Crus.: l. c. p. 776. not. 1.. Novit veram nominis christiani originem Justinus, ut liquet ex ap. I. c. 12. p. 60. A. et II. c. 6. p. 44. D.. Cfr. praeterea Rössler: *Lehrbegr. d. chr. K. in den 3 erst. Jahrh.*, Frankf. a. M. 1774. p. 79. sqq..

3) Ap. I. c. 3. p. 54: *Ἡμέτερον οὖν ἔργον, καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίσκεψιν πᾶσι παρέχειν.* Ib. c. 61. p. 93: *Ὃν τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καινοποιηθέντες διὰ τοῦ Χρ., ἐξηγησόμεθα, ὅπως μὴ τοῦτο παραλιπόντες δόξωμεν πονηρεύειν τι ἐν τῇ ἐξηγήσει.* Veruntamen Doellingerus (*D. Lehre v. der Euchar.* etc. Mainz 1826. 4. p. 20.) disciplinam arcani invenisse sibi visus est ap. I. c. 65. p. 97: *Διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν*, quibus fretus verbis ita concludit: *Offenbar fand also damals schon die Abtheilung in missa fidelium und missa catechumenorum statt.* Erravit vir doctus, *nicht bedenkend* — ut verbis Hoefflingi (D. *Lehre Just. d. M. vom Opfer im chr. Cult.* Erlang. 1839. 8. p. 30. not. 1.) utar ad nostram rem aptissimis —, *daſs es gleich darauf heifst: Καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι und daſs mithin den παρόντες nur die οὐ παρόντες getauften und abendmahlsfähigen Gemeindeglieder entgegenstehen; also solche, vor denen die Handlung der Eucharistie gewifs nicht geheim gehalten werden sollte.* Adeas etiam egregiam G. C. L. T. Frommanni Diss. de disciplina arcani. Jen. 1833. 8. p. 21. sq..

4) Cf. Ch. W. Flügge: *Vers. einer Gesch. d. th. Wiſs.* I. p. 23. sqq. coll. p. 240. sqq. et G. H. Scharffenberg: De Justino, Tert. et Cypriano adv. Judaeos disputantibus. Lund. 1820. 4. Hic ita habet l.

I. 13. ait, infamiae Christianorum [5]). Duo autem objecta diluenda erant.

Primum enim Jesum Messiam esse negabant a prophetis promissum eumque tamquam planum et deceptorem irridebant [6]). Justinus in oppositam discedens sententiam, ad litem compo-

---

c. p. 20: „Deest (sc. Justino) acumen Tertulliani, atque Cypriani apta dispositio; quod illi convincendo, id Justinus fatigando adversarium consequi velle videtur.“ Ipse in dial. c. 85. p. 311. sq. excusationem afferens, etsi crebris repetitionibus utatur, se tamen hac re nihil absurdi facturum confidit (*εἰ καὶ ἑταυτολόγησα πολλάκις, οὐκ ἄτοπον εἰπεῖν ἐπίσταμαι*); ridiculum enim (inquit) fuerit, eum, qui ex scripturis propheticis disserendi rationem depromat, non easdem scripturas semper allegare, sed melius aliquid scriptura pariturum se existimare. Nonne sol et luna et ceterae stellae eandem semper viam insistunt easdemque tempestatum vices reducunt? Rationum computator, bis duo quod faciant rogatus, nonne semper, licet saepe dixerit, respondebit: quatuor? Atque ibid. c. 58. p. 280. fatetur: *Γραφὰς ὑμῖν ἀνιστορεῖν μέλλω, οὐ κατασκευὴν λόγων ἐν μόνῃ τέχνῃ ἐπιδείκνυσθαι σπεύδω· οὐ δὲ γὰρ δύναμις ἐμοὶ τοιαύτη τίς ἐστιν.* In universum apologetae (I. Cor. I. 17. — 19. II. 4. sqq.) excepto Athenagora orationis elegantiam apud paganos receptam fugiebant (v. §. 47. not. 1.), magis appetentes simplicem scriptorum sacrorum dictionem; coh. c. 35. p. 32: *Καιρὸς ἥκει νῦν, πεισθέντας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρ. ἕλλ. — ἐντυχεῖν ταῖς θείαις τῶν προφητῶν ἱστορίαις καὶ γνῶναι παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν, οὐ λόγων ὑμῖν ἀπαγγελλόντων τέχνας οὐδὲ πιθανῶς καὶ πιστευτικῶς λεγόντων* (ut Graecorum magistri: ib. c. 4. p. 5. C., c. 36. p. 34. C.)· *τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν τὴν ἀλήθειαν κλέπτειν ἐθελόντων· ἀλλὰ ἁπλῶς τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασί τε καὶ ῥήμασι χρωμένων.* Quod quidem effecit, ut Tatianus ad sacra transiret christiana (Orat. c. Gr. c. 29.).

5) Ap. I. c. 31. p. 12. D. E., c. 36. p. 76. E. 77. A., dial. c. 17. p. 234. sq., c. 110. p. 337. D. (ep. ad Diogn. c. 5. p. 497. C.). Cum fructu legendi G. G. Overkampf: De Jud. primariis chr. nominis hostibus. Jen. 1736. 4., Maranus: Ed. opp. Just. praef. P. III. p. LXXXVIII. et Bretschneider: Probab. de evang. et ep. Joannis indole et orig. p. 115. sq..

6) Dial. c. 8. p. 226: *Ὑμεῖς* (inquiunt Trypho ejusque socii) *καταίαν ἀκοὴν παραδεξάμενοι Χριστὸν ἑαυτοῖς τινὰ ἀναπλάσσετε καὶ αὐτοῦ χάριν τὰ νῦν ἀσκόπως ἀπόλλυσθε.* Ib. c. 49. p. 268. A., c. 50. p. 270. E., c. 64. p. 287. D., c. 110. p. 336. D.. Adde ib. c. 108. p. 335: *Ἄνδρας ἐκλεκτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε κηρύσσοντας, ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομος ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ Γαλιλαίου πλάνου κ. τ. λ.*. Cfr. Scharffenberg: l. c. p. 10. sqq..

nendam non utitur nisi Veteris Testamenti prophetiis amplam apud Judaeos pariter atque apud Christianos auctoritatem obtinentibus, quae omnia in Jesu Christo eventum habuerint. Affert igitur in dial. c. 63. p. 286. sq. vaticinia de ejus incarnatione (LXX Jes. LIII. 8., Ps. XL. 6 — 11., CX. 3. 4.); negantibus Judaeis (ib. c. 64. p. 287. D.), se indigere hoc Christo, opponit testimonia Ps. XIX. 1. — 6., LXXII. 2. — 19., XCIX. 2. — 7., quumque dicerent (ib. c. 65. p. 289. B.) Deum gloriam suam nulli alii dare, excitat Jes. XLII. 5. — 13.. Eundem Christum praeexstitisse filium creatoris universorum, deum existentem, et hominem secundum patris voluntatem ex virgine natum esse probat (ib. c. 48. p. 267., c. 66. p. 290., c. 68. p. 292. sq.) ex Jes. VII. 10. — 15., VIII. 4., LIII. 8., simul defendens (ib. c. 67. p. 291. sq. coll. c. 43. p. 261. sq.) lectionem Jes. VII. 14: Ἰδοὺ ἡ παρθένος (עַלְמָה; scriptum enim esse ait Trypho νεᾶνις i. e. adolescentula, juvencula mulier) ἐν γαστρὶ λήψεται [7]) καὶ τέξεται υἱόν. Quemadmodum igitur Sacra Volumina significant, Jesum Christiani deum et dominum suum et Christum agnoscunt (ib. c. 64. p. 287. D.) eumque, quum Christus sit, jam Davides deum fortem et adorandum esse declaravit (ib. c. 76. p. 302. B., c. 126. p. 355. C.). Atque quandoquidem summus Deus nunquam e coelo ad homines descendit, omnes in V. T. narratae theophaniae ad illum Christum, sententiae divinae ministrum, sunt referendae (ib. c. 127. p. 356. sq.). Porro quoniam Judaeis Christi supplicium crucis molestum erat (ib. c. 32. p. 249. C., c. 89. p. 316. sq.), sedula cura multos τύπους colligit, quibus praedictum fuerit; nam crucem praesignificarunt manus Mosis orantis extensae (ib. c. 90. p. 317. sq.), benedictio Josephi (Deuteron. XXXIII. 13. — 17.), serpens ad Israelitarum salutem erectus (ib. c. 91. p. 318. sq.) multaque alia. De passione et cruce Jesu Christi per arcanam similitudinem etiam praedixerunt Ps. III. 4. 5., XXII. 1. — 23., Jes. LIII. 9., LXV. 2. (ib. c. 97. — 105., p. 324.

7) De hac re si quis plura optime exposita videre velit, is adeat Credneri *Beiträge zur Einl. in die bibl. Schrift.* II. p. 197. sqq..

—332.), ejus resurrectionem innuunt Ps. XXII. 22. 23., Num. XXIV. 17., Zach. VI. 12. (ib. c. 106. p. 333. sq.) nec non Jonae historia (ib. c. 107. p. 334. sq.). Quae judaici generis hominibus licet esset cognita ipseque Christus se signum Jonae daturum clamaret, ut saltem post, quam a mortuis resurrexerit, improbe factorum poenitentiam agerent et Ninivitarum exemplo lacrimis Deum flecterent, ne civitas capta everteretur, sicuti fuerat eversa est [8]): tamen tantum aberat, ut poenitentiam agerent, ut Christianos multimodis vexarent, quos etiamnunc diris audent devovere (ib. c. 108. p. 335.). Aliter se gerebant pagani. Qui quidem, simulac ab apostolis doctrinam didicerunt, nequitiae, in qua errantes vivebant, poenitentiam erant acturi, ut jam Michaea IV. 1. — 7. praedixit (ib. c. 109. p. 335. sq., ap. I. c. 31. p. 73. A., coll. ep. ad D. c. 11. p. 501. D.).

Altera Judaeorum objectio in eo cernebatur, quod leges Mosaicas ritusque more receptos sancte custodiendos esse dictitabant [9]). At nunc, respondet Justinus, istae leges sunt abrogatae, quia judaico populo non datae fuerant nisi propter ejus iniquitatem (*ἀνομίαν*) et cordis duritiam (*σκληροκαρδίαν*) [10]). Eo accedit, quod neutiquam necessariae sunt ad salutem nanciscendam, prout ex historia liquet piorum patriarcharum, qui etsi sabbata non observarent neque viverent in circumcisione,

8) Repetit Justinus Urbis excidium a poena, quam Deus ob nefas in Jesum et Christianos admissum juste expetiverit. Vid. dial. c. 16. sq. p. 238. — 235..

9) Dial. c. 10. p. 227: *Ἐκεῖνο ἀπδροῦμεν* (inquit Trypho) *μάλιστα, εἰ ὑμεῖς — οὐδὲ διαλλάσσετε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν ὑμέτερον βίον ἐν τῷ μήτε τὰς ἑορτὰς μήτε τὰ σάββατα τηρεῖν, μήτε τὴν περιτομὴν ἔχειν κ. τ. λ.*. Cfr. Scharffenberg: l. c. p. 6. sqq..

10) Dial. c. 18. p. 235: *Ἡμεῖς* (Christiani) *γὰρ καὶ ταύτην ἂν τὴν περιτομὴν τὴν κατὰ σάρκα καὶ τὰ σάββατα καὶ τὰς ἑορτὰς πάσας ἁπλῶς ἐφυλάσσομεν, εἰ μὴ ἔγνωμεν δι' ἣν αἰτίαν καὶ ὑμῖν προσετάγη, τουτέστι διὰ τὰς ἀνομίας ὑμῶν καὶ τὴν σκληροκαρδίαν.* Ib. c. 27. p. 244: *Διὰ Μωσέως ἐκέλευσε διὰ σκληροκάρδιον ὑμῶν καὶ ἀχάριστον εἰς αὐτὸν κ. τ. λ.*. Ib.: *Τὴν ἀρχὴν διὰ τὰς κακίας ὑμῶν ταῦτα ἐνέταλτο.* Ib. p. 245: *Τμεῖς λαὸς σκληροκ. καὶ ἀσύνετος καὶ τυφλὸς καὶ χωλὸς καὶ υἱοί, οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς.* Coll. c. 19. sq. p. 237., c. 33. p. 250. E., c. 43. p. 261. C., c. 46. p. 265. B., c. 92. p. 320. A. B., c. 128. p. 351. E.

Deo tamen placuerunt. Demum sub Mose injustus populus Judaicus et ingratus in Deum repertus est, conflato in solitudine vitulo. Unde accommodatus ad hunc populum Deus praecepit, ut hostiae offerrentur tamquam nomini suo, ne simulacra in posterum colerentur; quod ipsum tamen non servatum est a populo [11]). Omnes denique illae leges et caerimoniae, ut jam prophetae affirmarunt, nihil nisi τύποι sunt eorum, quae ad Jesum ejusque doctrinam salutiferam pertinent (Dial. c. 40. — 42., p. 259. — 261.). Unde concludendum est, legem Mosaicam temporalem et particularem habuisse finem in Christo, qui, ex virgine generis Abrahami, tribus Judae et stirpis Davidis genitus, omnium V. T. oraculorum consensu lex aeterna et universalis atque novum testamentum universo mundo praedicatus est [12]). Quae quum ita se habeant, Judaeis summa salus per solum Jesum Christum est exspectanda (Jes. XLII. 6. 7., LI. 4. 5, LII. 10. — LIV. 6., LV. 3. — 13., LXII. 10. — LXIII. 3., LXV. 1. — 3., Jer. IV. 3. 4., IX. 25. 26., XXXI. 31. 32., Mal. I. 10.—12.), ad quem poenitentiam agentes omnes oportet sese convertant baptismate illo jam a Jesaia praenuntiato. Cf. dial. c. 13. sq. p. 229. — 232., c. 24. — c. 30. p. 241. — 247..

§. 49.

Jam audiamus, quomodo Justinus rem christianam tuitus fuerit contra PAGANOS, quorum impugnandi erant religio, poëtae et philosophi.

11) Dial. c. 19. p. 236: *Καὶ γὰρ μὴ σαββατίσαντες — τῷ Θεῷ εὐηρέστησαν — μέχρι Μωσέως κ. τ. λ.*. Ib. c. 20. — 23. p. 237. — 241., c. 67. p. 292. A. B., c. 92. p. 320. C.. Minime autem indiget Numen Judaeorum sacrificiis neque ipsi grata sunt (Jer. VII. 21. 22., Ps. L.): dial. c. 22. p. 238. D., c. 67. p. 292. B. (ep. ad D. c. 3. p. 496. A. B.).

12) Dial. c. 43. p. 261: *Ὡς οὖν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἤρξατο περιτομὴ καὶ ἀπὸ Μωσέως σάββατον καὶ θυσίαι καὶ προσφοραὶ καὶ ἑορταὶ, — οὕτως παύσασθαι ἔδει — εἰς τὸν — γεννηθέντα υἱὸν τοῦ Θεοῦ Χριστόν. ὅστις καὶ αἰώνιος νόμος καὶ καινὴ διαθήκη τῷ παντὶ κόσμῳ ἐκηρύσσετο προσελευσόμενος.* Ib. c. 11. p. 228. B. — D., c. 44.—46. p. 262.— 265., c. 92. p. 319. sq.; similis locus de Judaeorum institutis etiam nunc perperam observatis est in ep. ad Diogn. c. 4. p. 496. B. — D. (v. §. 26. not. 22.).

Primum igitur exponamus, quibus usus argumentis gentilium deorum et sacrorum receptorum vanitatem ostenderit [13]). Omnes, inquit, gentilium dii, ut Homerus, Hesiodus aliique poëtae magna auctoritate vigentes testantur, alius ex alio prognati sunt (quod argumentum bene lectum erat, quoniam ethnici deos ἀεὶ γένοντας contendebant), turpissimis moribus et execrandis libidinibus dediti, scelerum notis inusti, sunt malorum incitatores, intemperantes, injusti, iniqui, mendaces, crudeles, victu indigentes, lacrimis et vulneribus obnoxii, sese invicem debellantes. Haec autem non modo cadunt in semideos et heroes, verum etiam in ipsum Jovem, qui peiter ac isti pessima facinora perpetravit [14]). Atque deorum idola, neque animata neque divina forma praedita, nomine et cultu prorsus indigna sunt; tales quidem statuae, quibus divina numina repraesentari gentiles opinantur, ex hac illave materia corruptioni obnoxia ab artificibus omni pravitati deditis fabricatae, daemonum malignorum nomina ac figuras referunt iisque opus sunt custodes. Homines vero esse deorum custodes et cogitare et dicere nefas est [15]). Sic excitabat Martyr sensum ethnicorum

13) Cf. Eisenlohr: Argumenta ab apologetis sec. II. ad confirmandam religionem chr. c. gentiles usurpata, in Potti et Rup. Syll. comm. th. II. p. 135. sqq., Tzschirner: *D. Fall. d. Heidenth.* ed. Niedn. I. p. 278. sqq. et Junius: De Just. M. apologeta edv. ethnicos. Lugd. Bat. 1836. 8. p. 33. sqq..

14) Orat. c. 1. — 3., p. 37. — 39., coh. c. 2. sq. p. 2. — 4., de mon. c. 5. p. 107. — 109.; loci prolixiores sunt, quam ut hîc describantur.

15) Ap. I. c. 9. p. 57: *Ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα* (deos gent.) *γινώσκομεν καὶ Θεοῦ μορφὴν μὴ ἔχοντα — ἀλλ' ἐκείνων τῶν φανέντων κακῶν δαιμονίων καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν. Τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι ξέοντες καὶ τέμνοντες καὶ χωνεύοντες καὶ τύπτοντες; καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες, θεοὺς ἐπονομάζουσιν; — καὶ ὅτι οἱ τούτων τεχνῖται ἀσελγεῖς τε καὶ πᾶσαν κακίαν, ἵνα μὴ καταριθμῶμεν, ἔχουσιν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε κ. τ. λ.. ὦ τῆς ἐμβροντησίας, ἀνθρώπους ἀκολάστους θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν λέγεσθαι καὶ μεταποιεῖν, καὶ τῶν ἱερῶν, ἔνθα ἀνατίθενται, φύλακας τοιούτους καθιστάναι κ. τ. λ.*. Dial. c. 35. p. 253: *Οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐπιγράφουσι τοῖς χειροποιήτοις* (c. 11. p. 228: *Ἀπὸ τῶν εἰδώλων κ. τ. λ.*). Ib. c. 69. p. 295. C.. Idem legitur in ep. ad Diogn. c. 2. p. 494. sq.: *Ἰδὲ — τίνος ὑποστάσεως ἢ*

moralem eosque ut suae ipsorum puderet stultitiae atque superstitionis efficiebat. Quid? Qua gentilium deos (sive, ut ipsi videbatur, daemones improbos) ignominia afficit, eandem ad ipsos cultores transfert et pio cum ardore vividissimis coloribus depingit, quam turpia ac flagitiorum plena sint gentilium sacra et mysteria, quantam perditissimorum habeant numinum cultus efficacitatem ad mores corrumpendos animosque ad illa scelerum exempla conformandos. Nihil probabilibus et speciosis verbis obtegendum existimans, demonstrat haud sine bile, quid in conventibus panegyricis ad deorum honorem institutis valeant immensi luxus, tibiae artificiosae, unctiones supervacaneae, coronae aliaque permulta flagitiorum irritamenta[16]). Certe optimo jure cum quadam ironia ita quaerere poterat in orat. c. 4. p. 40: *Τί ἀγανακτεῖς, Ἕλλην ὤν, πρὸς τὸ τέκνον σου, εἰ τὸν Δία μιμούμενος ἐπιβουλεύει σοι καί σου τὸν γάμον σεσύληκε; τί τοῦτον ἐχθρὸν ἡγῇ, τόν τε ὅμοιον αὐτῷ σέβῃ; τί δὲ μέμφῃ σου τὴν γυναῖκα ἀκολάστως ζῶσαν, τήν τε Ἀφροδίτην ναοῖς τετίμηκας;* Ex quibus (ita enim concludit) quisque non omni veri et decori sensu destitutus debet intelligere, prorsus absurdum esse et impium, tales daemones malos et scelestos habere pro diis tamque pernicioso cultu afficere. Itaque paganis pravae superstitiones quam citissime sunt deserendae accedendumque ad Christi disciplinam salutarem, ut sapientiae incomparabilis participes fiant ac de uno Deo optimo maximo edoceantur (Orat. c. 5. p. 40., de mon. c. 6. p. 109. sq., ap. II. c. 12. p. 50. sq.).

τίνος εἴδους τυγχάνουσιν, οὓς ἐρεῖτε καὶ νομίζετε θεούς. Οὐχ ὁ μέν τις λίθος ἐστίν, ὅμοιος τῷ πατουμένῳ; ὁ δ' ἐστὶ χαλκὸς κ. τ. λ.; Ταῦτα θεοὺς καλεῖτε, τούτους δουλεύετε, τούτοις προσκυνεῖτε· τέλεόν τε... ἐξομοιοῦσθε i. e. illis rebus corruptioni obnoxiis deos repraesentari existimatis; v. Böhl. ad h. l.: Opuscc. PP. sell. p. 126. not. e.. Coll. §. 61. not. 21..

16) Orat. c. 1. p. 37: *Μὴ ὑπολάβητε, ὦ ἄνδρ. Ἕλλ., ἄλογον ἢ ἀνεπίκριτον εἶναί μου τὸν ἐκ τῶν ὑμετέρων ἐθῶν χωρισμόν· οὐδὲ γὰρ ἐν αὐτοῖς εὗρον ὅσιον ἢ θεοφιλές.* Praeterea uberius hoc tractat in eadem orat. c. 4. p. 39. sq., ap. I. c. 27. p. 70. sq. (de mon. c. 6. p. 110. A.). A. Tholuck: *Über d. Wesen u. d. sittl. Einfl. d. Heidenth.*, in Neandri *Denkwürdigkk. aus d. Gesch. d. Christenth.* I. 1..

Poëtae quoque et philosophi, quorum, prout antiquitate et nominis celebritate excellebant, maxime sequebatur auctoritatem plebs gentilis, eorum scripta religionis suae fulcra ducens firmissima, aggrediendi erant atque explodendi tamquam pessimi religionis magistri [17]). Vocat igitur poëtarum scripta λύσσης καὶ ἀκρασίας μνημεῖα. Quodsi quis ad eum, qui apud Graecos doctrina excellit, discendi gratia accesserit, in plures quam quisquam hominum delabitur difficultates; et quis post Homerum nugaci (ληρώδει) Hesiodi theogoniae assentietur? Quapropter lectione indigna sunt, quae isti absurde de deorum factis cecinerunt [18]). Quod attinet ad philosophos, λόγου σπερματικοῦ ope vel per itineris Aegyptiaci occasionem meliora edocti, multa praeclare locuti sunt, inprimis Socrates et Plato, verum omni ex parte veritatem non invenerunt; quare crebro secum ipsis pugnantia, imo vana dixerunt atque incerta. Omnes enim scriptores per insitum τοῦ λόγου semen potuerunt quidem verum videre, sed subobscure (ἀμυδρῶς) [19]). Apte Justinus singulorum ex schola Jonica et Pythagorea philosophorum in medium profert placita, de quibus maxime dissentiebant, circa animam et rerum principia (Coh. c. 3. sq.

---

17) Cf. Eisenlohr: l. c. p. 150. sqq. et Junius: l. c. p. 42. sqq. Leviter tangit Justinus recentiores philosophos, qui allegoriae ope meliorem τοῖς μυθολογουμένοις sensum inferre studebant (de mon. c. 6. p. 110.). Disputationem cum Crescente philosopho Cynico ineundam praedicat ἔργον βασιλικόν (Ap. II. c. 3. p. 43.).

18) Orat. c. 1. sq. p. 37. sqq., de mon. c. 6. p. 109. C. D., coh. c. 2. p. 2. sq., ap. I. c. 4. p. 55. C., II. c. 10. p. 48. D.

19) Ap. II. c. 10. p. 48: Ἐπειδὴ οὐ πάντα τὰ τοῦ λόγου ἐγνώρισαν, ὅς ἐστι Χριστός, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον. Ib. c. 13. p. 51: Οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες, οὐκ ἐπιστήμην τὴν ἄπτωτον καὶ γνῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. — Διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς, ἀμυδρᾶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα. Ap. I. c. 4. p. 55: Καὶ γάρ τοι φιλοσοφίας ὄνομα καὶ σχῆμα ἐπιγράφονταί τινες, οἳ οὐδὲν ἄξιον τῆς ὑποσχέσεως πράττουσι. γινώσκετε δ' ὅτι καὶ οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες τῶν παλαιῶν τῷ ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύονται φιλόσοφοι. Ib. c. 7. p. 56: Ἐκ παντὸς τῷ ἑνὶ ὀνόματι φιλοσοφίας προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄντων. C. 44. p. 82: Ἐλέγχονται μὴ ἀκριβῶς νοήσαντες, ὅταν ἐναντία αὐτοὶ ἑαυτοῖς λέγωσιν.

p. 4. sq.). Ipsos illos magni nominis duumviros, quos tamquam praestantissimos religionis suae magistros ethnici concelebrabant, Platonem et Aristotelem, ita adoritur, ut eos, quia humanae mentis solertia nimis freti fuerint, non modo inter se, verum etiam secum ipsos pugnare contendat (Coh. c. 5.—7., p. 5.—8.). Nihil ergo philosophi sciunt, sed contraria inter se sensere, imo nonnulli eorum ἀθεότητα docuere (Ap. I. c. 4. p. 55. C.), neque ipse Plato, omnium gravissimus auctor, semper verum vidit (Dial. c. 5. — 7. p. 222. — 225., ap. II. c. 13. p. 51. B.). At enimvero quum absolute vera et utilis philosophia in solis christianorum magistrorum i. e. prophetarum, qui γνώσει a Deo accepta [20]) neutiquam suas invicem opiniones evertere conati sunt, contineatur scriptis, ad ea oportet ad unum omnes mox confugiant (Coh. c. 8. p. 8. sq., dial. c. 7. sq. p. 224. sq.). Quid? Pro philosophis, quos gentiles verae religionis auctores jactant, nemo mortem oppetiit, Christo autem, λογικῷ τῷ ὅλῳ, posteaquam, prout illi vates divinitus inspirati accurate praedixerant, Dei voluntate ad omnium hominum salutem in terra apparuit, non philosophi solum ac literati homines (φιλόλογοι) credidere, sed operarii etiam omnimoque imperiti, qui et gloriam et metum et mortem contemserunt; ἐπειδὴ δύναμίς ἐστι τοῦ ἀῤῥήτου πατρὸς καὶ οὐχὶ ἀνθρωπείου λόγου τὰ σκεύη (Ap. II. c. 10. p. 48. sq.).

§. 50.

Jam igitur indagandum est, quomodo refutatis Judaeis et paganis sit Martyr (ratione positiva) versatus in confirmanda religionis christianae veritate. Prophetas, gravissimos veritatis testes, dicit argumenta in disserendo repudiasse neque Christianis opus esse persuasionem (ἀπόδειξιν) et demonstrationem

20) Prudenter Justinus hoc etiam confirmare studet responso aliquo ab Apolline edito (Coh. c. 11. p. 12. comp. c. 24. p. 23.):

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἦδ' ἄῤ Ἑβραῖοι,
Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι Θεὸν ἁγνῶς.

Cfr. Eusebius: Praepar. evang. IX. c. 10. et Eisenlohr: l. c. p. 245..

(ἔλεγχον) doctrinae Jesu Christi, quippe in cujus acquiescant testimonio atque verbis; veruntamen imbecilliorum gratia necessarium videri, ut testimonia afferantur[21]).

Ac primum quidem testimonium repetit ex religionis christianae argumento et doctrina[22]). Christiani, inquit, minime vanis fabulis credunt nec destitutis argumento sermonibus, sed Spiritu sancto plenis ac virtute scatentibus. Quodsi quis nostrae doctrinae partem aliquam incredibilem esse dicat, levis sane est ac quotidianus error[23]). Omnia quae docemus sunt recte judicanti minime turpia, Jesuque doctrina pariter atque res gestae ipsum intaminatum esse et in omnibus inculpatum satis testantur. Christiani certe soli id, quod reapse bonum est et honestum cognoscunt eorumque religio omni humana philosophia sublimior praebet incomparabilem sapientiam, qua ad maximam quisque salutem

---

21) Dial. c. 7. p. 224: *Οὐ γὰρ μετὰ ἀποδείξεως πεποίηνται τοτε* (prophetae) *τοὺς λόγους, ἅτε ἀνωτέρω πάσης ἀποδείξεως ὄντες ἀξιόπιστοι μάρτυρες τῆς ἀληθείας.* De res. c. 1: *Ὁ μὲν τῆς ἀληθείας λόγος ἐστὶν ἐλεύθερος καὶ αὐτεξούσιος, ὑπὸ μηδεμίαν βάσανον ἐλέγχου θέλων πίπτειν μηδὲ τὴν παρὰ τοῖς ἀκούουσι δι' ἀποδείξεως ἐξέτασιν ὑπομένειν.* — *Οὗτος* (Chr.) *αὐτός ἐστιν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὅλων ἁπάντων πίστις τε καὶ ἀπόδειξις· διόπερ οἱ τούτῳ κατακολουθοῦντες καὶ γνόντες αὐτὸν, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ὡς ἀπόδειξιν ἔχοντες, ἀναπαύονται ἐν αὐτῷ.* — *Ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ, καὶ ἡμᾶς καθωπλισμένους τοῖς τῆς πίστεως λόγοις ἀτρώτοις οὔσιν, ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ* (adversario) *διὰ τοὺς ἀσθενεῖς.* Vid. Teller ad h. l. (p. V. sq.) et Rössler: *Bibl. d. K. V.* I. p. 175. sq.; coll. Baumg.-Crus.: l. c. p. 904. not. 2..

22) Cf. Eisenlohr: l. c. p. 153. sqq., F. Wurm: *D. Apologie d. Christenth. von Justin, Tatian, Athen., Theoph. u. Hermias*, in Klaiberi *Stud. d. ev. Geistlichk. Wirtemb.* 1828. I. 2. p. 2. sqq..

23) Dial. c. 9. p. 226: *Οὐ κενοῖς ἐπιστεύσαμεν μύθοις οὐδὲ ἀναποδείκτοις λόγοις, ἀλλὰ μεστοῖς πνεύματος θείου καὶ δυνάμει βρύουσι καὶ τεθηλόσι χάριτι.* Ap. I. c. 8. p. 57: *Εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς ἡμᾶς, ἤδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα.* Ib. c. 68. p. 99: *Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχεσθαι, τιμήσατε αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζετε.*

nanciscendam fit idoneus[24]). Lubenter Justinus mox rei christianae summam quam brevissime explicat, ita tamen, ut simul, quo evidentius ejus praestantia in oculos cadat, primarias easque perversas Judaeorum et paganorum opiniones ad res sacras pertinentes opponat[25]), mox singulas quasdam doctrinas affert, quas etiam Christianorum adversariis nihil inauditi et absurdi esse demonstret[26]).

Quoniam illis temporibus quodvis institutum quo antiquius esset, eo majore vigeret praestantia et auctoritate, Justinus alterum argumentum haud parvum petit ab remotissima religionis christianae antiquitate[27]). Ita novitatis crimen ab illa amovere et ethnicos, quorum sacris honorem eripuisset antiquitatis, ad amplectendam Christi causam commovere studebat. Huc accedit, quod illo argumento adversarios, qui Christianos novitiolos optima quaeque ex graecis scriptoribus hausisse perhiberent, non modo refutare poterat, sed et ipsum crimen in eos retorquere. Provocat igitur, ut christianorum scriptorum, Mosis maxime (hujus videlicet et ceterorum prophetarum libri ad Christianos non ad Judaeos pertinent[28])) antiquitatem pro-

---

24) Ap. II. c. 15. p. 52: *Οὐκ ἔστι ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κρίσιν σώφρονα αἰσχρὰ, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀνθρωπείου ὑπέρτερα.* Ib. c. 11. p. 49: *Οἱ δὲ νενοηκότες τὰ προσόντα τῷ ὄντι καλὰ καὶ ἄφθαρτοι τῇ ἀρετῇ.* Orat. c. 5. p. 40: *Ἔλθετε — καὶ σοφίᾳ ἀπαραμιλλήτῳ κοινωνήσατε.* Dial. c. 35. p. 254: *Μεταγνόντες σὺν ἡμῖν, μὴ βλασφημῆτε τὸν διά τε τῶν ἔργων κ. τ. λ. ἄμωμον καὶ ἀνέγκλητον κατὰ πάντα Χριστὸν Ἰησοῦν· ἀλλὰ πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν — σωθῆτε.*

25) Coh. c. 8. p. 8. sq., c. 12. p. 12. sq., ap. I. c. 14. sqq. p. 61. sqq., c. 45. sqq. p. 82. sqq., c. 54. sqq. p. 89. sqq., II. c. 9. sqq. p. 47. sqq., dial. c. 8. sqq. p. 255. sqq. ibique saepius.

26) Coh. c. 14. — 36. p. 15. — 34., de monarchia, ap. I. c. 20. p. 66., c. 59. sq. p. 92. sq.; fere innumerabiles sunt loci in dialogo propter *τύπους* in V. T. obvios.

27) Cfr. Junius: l. c. p. 49. sqq..

28) Id in omnibus scriptis tamquam rem exploratam ponit et disertis verbis pronuntiat in coh. c. 13. p. 14: *Εἰ δέ τις φάσκοι — μὴ ἡμῖν τὰς βίβλους ταύτας, ἀλλὰ Ἰουδαίοις προσήκειν, — γνώτω ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς βίβλοις γεγραμμένων, ὅτι οὐκ αὐτοῖς, ἀλλὰ ἡμῖν ἡ ἐκ τούτων διαφέρει διδασκαλία.* Haud male addit, providentia divina factum esse, hi libri ut apud Judaeos asservarentur, ne quis Chri-

bet, ad Graecorum historicos, qui Mosen jam Ogygis et Inachi aetate vixisse eumque omnibus referant esse legislatoribus antiquiorem [29]); prudenter etiam testes excitat Philonem et Josephum viros sapientissimos (σοφωτάτους), quorum hic jam titulo, quo opus suum inscripserit: Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν, vetustatem designet (Coh. c. 9. p. 10. A. B.). Probat Mosen Aristotele et Platone, clarissimis philosophis, fuisse antiquiorem atque, ut eum ex scriptoribus profanis minime suam hausisse sapientiam ostendat, nihil quidquam a Graecis esse conscriptum affirmat ante Olympiades, quum literas non habuerint, Mose diu mortuo a Cadmo demum in Graeciam translatas (Coh. c. 12. p. 12. sq.). Ne autem cui inde, quod Mosis atque ceterorum prophetarum libri graece extent, dubium oriatur, addit, quomodo Dei auxilio ex lingua hebraica in graecam conversi sint (Coh. c. 13. p. 13. sq., ap. I. c. 31. p. 72. C. D.). Neque religionis christianae antiquitatem inde defendere negligit, quod jam antiquissimi paganorum magistri πολλὰ — ut ipsis Justinianis verbis utar in coh. c. 14. p. 15. — ὑπὸ τῆς θείας τῶν ἀνθρώπων προνοίας ὑπὲρ ἡμῶν (i. e. quae conveniunt cum disciplina christiana) εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν.

Jam adde tertium argumentum, quo disciplinae christianae veritas et praestantia eluceat; laudat Martyr illius divinam vim et efficaciam ad mentem moresque hominum, exstinctis pravis cupiditatibas, emendandos animumque vera felicitate beandum [30]). Christiani, praecepta Christi strenue observan-

stianos fraudis et suppositionis (ῥᾳδιουργίας) accusaret. Dial. c. 29. p. 246: Ἐν τοῖς ὑμετέροις ἀπόκεινται γράμμασι, μᾶλλον δὲ οὐχ ὑμετέροις, ἀλλ' ἡμετέροις· ἡμεῖς γὰρ αὐτοῖς πειθόμεθα, ὑμεῖς δὲ ἀναγινώσκοντες οὐ νοεῖτε τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν.

29) Coh. c. 9. p. 9. sqq.; excitantur ibi Polemon, Appion, Ptolemaeus Mendesius, Hellanicus, Philochorus, Castor, Thallus, Alexander Polyhistor, Diodorus, quorum scripta hodie maximam partem deperdita sunt. Ap. I. c. 23. p. 68. B. C., c. 54. p. 89. C., c. 59. p. 92. C. D.

30) Hoc argumentum vocat Hess (*Bibl. d. heil. Gesch.* I. p. 328.) *den moralisch-psychologischen Beweis.* Cf. Lumper: Hist. theol.-crit. II. p. 251. sqq. et Wurm: l. c. p. 14. sq..

tes, casti sunt, sua communicant cum egentibus, nihil gloriae causa faciunt (Ap. I. c. 15. p. 62. D.), sunt patientes iraeque expertes, jusjurandum vitant (ib. c. 16. p. 63. sq.), recens natos non exponunt (ib. c. 27. p. 70. C., ep. ad D. c. 5. p. 497. B.), non producunt puellas et pueros ad turpes usus (Ap. I. l. c. D.), enses in vomeres, hastas in agrestia arma mutant, exercent pietatem, justitiam, humanitatem, fidem aliasque virtutes (Dial. c. 110. p. 337. A. coll. ap. I. c. 16. p. 63. C.), omnium primi vectigalia et census magistratibus pendunt paganis, iisdem laeti serviunt, agnoscunt hominum principes, simul precantes, cum regia potestate ut sanam quoque mentem obtineant. Haec omnia observant, quia ipse Jesus Christus ita praecepit (Ap. I. c. 17. p. 64. C.—E.) [31]). Qui istis praeceptis non congruenter vivunt ac nomine tenus Christiani sunt, a magistratibus gentilibus oportet puniantur (ib. c. 3. p. 54. A., c. 16. p. 64. B.); at perversum est vere Christianos propter ipsorum honeste facta et opiniones praeclaras vexare et morti tradere. Quidni tandem idem accidit Gnosticis? Qui quidem, licet nefandorum ac impiorum sacrificiorum participes fiant (Dial. c. 35. p. 253. C. — E.), a persecutionibus immunes sunt nec saltem ob dogmata occiduntur [32]). Veruntamen γνήσιοι Christi sectatores ne flocci quidem pendunt persecutores (Ap. I. c. 11, p. 59. A.) neque martyrium metuunt pro tuenda confessione et sic innocentiae suae et virtutis ideoque praestantiae religionis christianae potentissimum praebent documentum (Ap. II. c. 11. sq. p. 49. sq. coll. c. 4. p. 43. B. C., ap. I. c. 39. p. 78. B. C., dial. c. 121. p.

31) De effectibus religionis christianae, quae non in verbis, sed in operibus posita est (Coh. c. 35. p. 33. B), praeter orat. c. 5. p. 40. B. — E. et ap. I. c. 14. p. 61. B. — D. (v. §. 77.) dignus etiam est qui legatur insignis ille atque nobilis locus in ep. ad Diogn. c. 5. sq. p. 496.—498. (v. Neandri *Denkwürdigkk.* I. 2. p. 74. sqq.).

32) Ap. I. c. 26. p. 70: "Οτι μὴ διώκονται (Simon, Menander, Marcion eorumque asseclae) μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν, κἂν διὰ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα. Hac de re cfr. Tzschirner: l. c. p. 201.; de illorum doctrina vid. Mosheim: Institt. hist. chr. maj. saec. I. p. 432. sqq. et Neander: *Genet. Entwickl. d. vorn. gnost. Syst.* p. 276. sqq. et 333. sqq..

349. sq.). Quid? Quo magis. Christiani sugillantur, vexantur, suppliciis afficiuntur, eo plures accedunt ad eorum sacra divina. Nonne haec est praecipua rei christianae divinitatis et δυνάμεως demonstratio [33])?

Quartum pro religionis christianae veritate allatum argumentum est a divina repetitum revelatione in V. T. libris deposita; scriptores sacri, ceu plectro cithara, impulsi divinitus cognoverunt suntque prolocuti, de quibus philosophi pagani vehementer inter se digladiabantur (Coh. c. 8. p. 9. A. B.). Ad revelationem, quam Justinus non satis ab inspiratione distinxit, bene provocabatur eo nomine, quod pagani deos res absconditas, futura inprimis, hominibus aperire credebant. Statim igitur progrediamur ad gravissimam et verissimam demonstrationem, nimirum vaticinia [34]), quae quidem de omnibus rebus ad Jesum ejusque regnum vel minutissimis praedicta et eventu comprobata non edi poterant nisi θεοπνευστίας auxilio [35]). Itaque testatur Justinus in ap. I. c. 30. p. 72: Τὴν ἀπόδειξιν ἤδη ποιησόμεθα, οὐ τοῖς λέγουσι πιστεύοντες, ἀλλὰ τοῖς

33) Dial. c. 110. p. 337: Κεφαλοτομούμενοι καὶ σταυρούμενοι καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι καὶ δεσμοῖς καὶ πυρὶ καὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις βασάνοις, ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας, δῆλόν ἐστιν· ἀλλ' ὅσῳπερ ἂν τοιαῦτά τινα γίνεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἄλλοι πλείονες πιστοὶ καὶ θεοσεβεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χρ. γίγνονται. Idem leg. in ep. ad Diogn. c. 7. p. 499: Παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσωνται τὸν κύριον, καὶ μὴ νικωμένους. Οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες κολάζοντες, τοσούτῳ πλεονάζοντας ἄλλους (coll. ib. c. 6. p. 498. B.); Ταῦτα ἀνθρώπου οὐ δόκει τὰ ἔργα, ταῦτα δύναμίς ἐστι Θεοῦ. Comp. ap. II. c. 10. p. 49: Καὶ φόβου καὶ θανάτου καταφρονήσαντες· ἐπειδὴ δύναμίς ἐστι τοῦ ἀῤῥήτου πατρὸς καὶ οὐχὶ ἀνθρωπείου λόγου τὰ σκεύη. — Orat. c. 5. p. 40. D., ap. I. c. 2. p. 54. A., c. 8. p. 57. A., c. 14. p. 61. C., c. 57. p. 91. D. E., dial. c. 8. p. 225. C., c. 9. p. 226. C.. L. Fr. Fischer: De laude Christianorum ex obtrectationibus, Jen. 1759. 4.

34) Cf. Eisenlohr: l. c. p. 184., Wurm: l. c. p. 22. sqq., Baumg.-Crusius: l. c. p. 866. sq., Junius: l. c. p. 54. et 71. sqq..

35) Ap. I. c. 61. p. 94: Διὰ τῶν προφητῶν προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα. Ib. c. 31. p. 72: Προφῆται, δι' ὧν τὸ προφ. πν. προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι. De theopneustia adeas §. 53..

προφητεύουσι, πρὶν ἢ γενέσθαι, κατ' ἀνάγκην πειθόμενοι, διὰ τὸ καὶ ὄψει ὡς προεφητεύθη ὁρᾶν γενόμενα καὶ γινόμενα· ἥπερ μεγίστη καὶ ἀληθεστάτη ἀπόδειξις καὶ ὑμῖν, ὡς νομίζομεν, φανήσεται[36]). Hac autem ratione argumentatur: Futurorum scientia soli Deo competit, qui[37]) ea quae eventura sunt ita ordinat, ut ne a daemonibus quidem cognoscantur[38]); vaticinia igitur, quibus V. T. refertum est, originem trahunt e divina immediata revelatione. Quaevis V. T. plagula continet vaticinia jam maximam partem eventu comprobata[39]), unde etiam cetera aliquando eventura esse recte concluditur[40]). Praeter V. T. scripta reperiuntur in libris inspiratis SIBYLLAE[41]) et

36) Atque quaestionem proponere poterat in apol. I. c. 53. p. 88: *Τίνι γὰρ ἂν λόγῳ ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι ἐπειθόμεθα, ὅτι πρωτότοκος τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἐστι καὶ αὐτὸς τὴν κρίσιν τοῦ παντὸς ἀνθρωπείου γένους ποιήσεται, εἰ μὴ μαρτύρια, πρὶν ἢ ἐλθεῖν αὐτὸν ἄνθρωπον γενόμενον, κεκηρυγμένα περὶ αὐτοῦ εὕρομεν, καὶ οὕτως γενόμενα ὁρῶμεν.* Dial. c. 7. p. 225: *Τὰ δὲ ἀποβάντα καὶ ἀποβαίνοντα ἐξαναγκάζει συντίθεσθαι τοῖς λελαλημένοις δι' αὐτῶν* (προφ.).

37) Ap. I. c. 12. p. 60: *Θεοῦ ἔργον ἐστίν· πρὶν ἢ γενέσθαι εἶπε* [εἰπεῖν] *καὶ οὕτως δειχθῆναι γινόμενον, ὡς προείρηται.* Ib. c. 33. p. 75. C. D.

38) Ap. I. c. 55. p. 90: *Οὐ γὰρ ἐνοεῖτο αὐτοῖς, συμβολικῶς, ὡς προδεδήλωται, τῶν εἰς τοῦτο εἰρημένων πάντων λελεγμένων.* Coll. ib. c. 54. p. 89. sq. et fragm. ap. Irenaeum adv. haer. V. 26. (Opp. Just. ed. Bened. p. 396.).

39) Ap. I. c. 31. p. 72. sq.; ibid. inde a c. 32. p. 73. usque ad c. 58. p. 92. multae prophetiae leguntur ad Jesum ejusque doctrinam spectantes. Illarum fere innumerabilem copiam excitavit Justinus in dialogo; v. Göz: *Just. d. M. zw. Apol.* p. 181. sqq..

40) Ap. I. c. 52. p. 87: *Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ γενόμενα ἤδη πάντα ἀποδείκνυμεν πρὶν ἢ γενέσθαι προκεκηρύχθαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀνάγκη καὶ περὶ τῶν ὁμοίως προφητευθέντων, μελλόντων δὲ γίνεσθαι, πίστιν ἔχειν ὡς πάντως γεννησομένων. Ὃν γὰρ τρόπον τὰ ἤδη γενόμενα προκεκηρυγμένα καὶ ἀγνοούμενα ἀπέβη, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ λείποντα, κἂν ἀγνοῆται καὶ ἀπιστῆται, ἀποβήσονται.* Ap. I. c. 42. p. 80. B., dial. c. 42. p. 261. B. Minime autem cum futurorum praedictione εἱμαρμένης ἀνάγκη conjuncta est (Ap. I. c. 43. p. 80. D).

41) Coh. c. 37. sq. p. 34. sqq., ap. I. c. 20. p. 66. B., coll. c. 44. p. 82. C.. De Sib. docte exposuerunt Bleek.: *Über d. Entsteh. u. Zusammensetz. d. sib. Orakel*, in Schleiermacheri al. *Theol. Zeitschr.* I. (1819.) p. 120. sqq., II. (1820.) p. 172. sqq., Gfrörer: *Krit. Gesch.*

Hystaspis [42]) perfectior Dei notio et praedictiones Jesu Christi factorum, doctrinae, fatorum, ut sic quoque religionis christianae divina origo confirmetur; ex illis libris, qui gentibus sunt loco prophetarum (quibus Hebraei soli gavisi sunt), perfacile vera religio magna ex parte disci potest [43]). Veruntamen malorum daemonum operatione a Romanis mors est sancita in eos, qui legunt libros Hystaspis aut Sibyllae aut prophetarum [44]). Praeterea Martyr, ut rei christianae cognoscatur veritas, provocat ad Pontii Pilati Acta, (*τὰ ἐπὶ Ποντίου γενόμενα ἄκτα*), quae de Jesu Christi causa, passione, morte et resurrectione dicuntur retulisse [45]).

Verbo tantum argumento ex vaticiniis sumto subnectit id, quod ex miraculis (*δυνάμεσι*) petitur [46]). Haec, inquit, exclusis vaticiniis nihil probant Jesu divinum officium ideo, quod ea etiam pravorum daemonum auxilio edere poterat tamquam magus (Ap. I. c. 30. p. 72. A.). Quae quum ita se habeant, Justinus noster ad miracula nisi cum vaticiniis non provo-

---

d. Urchristenth. II. p. 121. sqq., Dähne: *Gesch. Darst. d. jüd.-alex. Rel.-Phil.* II. p. 228. sqq. et R. H. Klausen: *Aeneas u. d. Penaten.* Vol. I. Hamb. et Goth. 1839. p. 203. sqq..

42) Ap. I. c. 20. p. 66. B., c. 44. p. 82. C. Hic in Persarum lingua audit Gustasp. Cum fructu cf. C. W. F. Walch: De Hyst. ejusque vaticiniis apud Patres, in Commentt. soc. Reg. Gotting. 1780. I. p. 3. sqq..

43) Vid. ll. cc.. Adde Eisenlohr: l. c. p. 177..

44) Ap. I. c. 44. p. 82. B. C. Illud addit in perpetuum effici non potuisse: *Ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς* (istis libris), *ἀλλὰ καὶ ὑμῖν* (Rom.) — *εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν.*

45) Ap. I. c. 35. p. 76. C., c. 48. p. 84. C. Multa de his Actis VV. DD. in contrarias partes disputarunt. Cfr. Henke: De Pontii Pil. Actis in causa J. C. ad imp. Tiberium missis probabilia, in Viri Opuscc. acad. p. 201. sqq.; ib. p. 203. not. b. alii allegantur. Neque solus Justinus, sed etiam Tertullianus (Apol. c. 21.), Eusebius H. E. II. 2.) et Quartodecimani (Epiph. haer. L. c. 1.) utuntur testimonio illorum Actorum, sine dubio subditivorum; ex his quae auctores illi referunt, ea omnia in evangelio nomine Nicodemi nunc quidem insignito leguntur, ut probe observavit Thilo: Cod. apocr. N. T. I. p. CXVIII..

46) Cfr. Junius: l. c. p. 70. sq.. — Jam Christus parvam de iis sustinebat exspectationem, qui miraculis commoti ad ipsum venissent (Mt. XII. 39. sq., XVI. 1. sqq., Jo. II. 18. sqq., IV. 48.). Baumgart.-Crusius: *Bibl. Theolog.* p. 245. sq..

cat. Quamquam, ait, prophetae vel ob miracula, quae ediderunt, digni fuere, quibus crederetur; siquidem creatorem universorum Deum et Patrem celebrabant et missum ab eo Christum hominibus nuntiabant. Quod quidem falsi prophetae, mendaci et impuro repleti spiritu, nec fecerunt nec faciunt, sed daemonia celebrant et prodigia quaedam edere audent ad percellendos hominum animos (Dial. c. 7. p. 225. A. B.). — Jesu doctrina, dum Christianis daemones subjicit, etiam nunc miraculorum edendorum praebet facultatem [47]).

§. 51.

Restant duo argumenta, quibus Justinus religionis christianae veritatem studet demonstrare. Alterum ex crucis figura universae naturae impressa quaesitum est [48]). Ὅπερ, inquit in ap. I. c. 55. p. 90., τὸ μέγιστον σύμβολον τῆς ἰσχύος καὶ ἀρχῆς αὐτοῦ (Christi) ὑπάρχει. Nihil enim sine hac figura administrari in mundo, nihil inter se commercio conjungi potest; neque mare scinditur, nisi trophaeum illud, quod dicitur velum, integrum in navi maneat, neque absque eo terra aratur, siquidem solis instrumentis hanc figuram praeferentibus fossores et artifices manuarii opus faciunt. Humana autem forma non alia re ab animantibus rationis expertibus differt, nisi quod erecta est manuumque habet extensionem et in vultu nasum

47) Dial. c. 35. p. 254. mentio fit τῶν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ (Chr.) καὶ νῦν γενομένων δυνάμεων. Ap. II. c. 6. p. 45: Πολλοὶ τῶν Χριστιανῶν, ἐξορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χρ., — ὑπὸ τῶν ἄλλων (gentilium) πάντων ἐξορκιστῶν — μὴ ἰαθέντας ἰάσαντο καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται κ. τ. λ.. Dial. c. 30. p. 247. C. D., c. 76. p. 302. A., c. 85. p. 311. C., c. 121. p. 350. B., ap. II. c. 8. p. 46. D. Vid. quae de his miraculis primorum Christianorum adnotavit Münscher: *Handb. d. chr. D. G.* ed. 2. I. p. 214. sq.; coll. Wurm: l. c, p. 21. not. 10. et Wegscheider: Institt. theol. chr. dogm. ed. 7. p. 194. not. e.

48) Cf. N. H. Gundling: De Just. M. apol. II., in Observv. sel. Halens. T. II. obs. IX. p. 195. sqq., Jo. Melch. Göze: De Patrum primitivae eccl. feliciori successu in profliganda gentilium superstitione, quam in confirmanda doctrina christ. Hal. 1738. 4. p. 16. sq., Rössler: *Lehrbegriff* etc. p. 91. sq., Münscher: l. c. p. 216.; coll. supra §. 48..

gerit a fronte prominentem, qui, etiam animalibus ad respirationem datus, crucis formam ostendit. Cujus figurae vim declarant vexillorum quoque apud Romanos trophaeorumque signa, quibuscum, in iis imperii ac potestatis insignia collocantes, in publicum procedere solent. Quin et morientium apud illos imperatorum imagines in hanc formam consecrantur iique literis inscriptis appellantur dii. Hoc argumento mirifice delectatus addit Martyr: *Καὶ διὰ λόγου οὖν καὶ σχήματος τοῦ φαινομένου, ὅσῃ δύναμις, προτρεψάμενοι ὑμᾶς, ἀνεύθυνοι οἴδαμεν λοιπὸν ὄντες, κἂν ὑμεῖς ἀπιστεῖτε· τὸ γὰρ ἡμέτερον γέγονε καὶ πεπέρανται.*

Alterum argumentum, ductum e nomine Jesu, in quo non solum hominis, sed etiam salvatoris insit significatio [49]), similem habere contendit vim et gravitatem [50]). Namque Auses, Navae filius, postquam Jesu (Josuae) appellatione cognominatus est, solem stare fecit et populum in sanctam terram introduxit (Dial. c. 106. p. 334. A., c. 113. p. 340. A. D., c. 132. p. 361. E.). Ejusdem porro nominis virtute atque vi hostes sunt devicti (ib. c. 90. p. 317. E. 318. A., c. 112. p. 339. B., c. 131. p. 361. A. B.), vaccae, quibus tabernaculum reducebatur, constiterunt in agro cujusdam hominis, qui Auses vocabatur (I. Sam. VI. 14.), quoniam hic idem cognomen habebat ac ille, qui posthac Jesus appellatus est (c. 132. p. 362. B.). Fuit denique fortis et magnus propheta is, qui Jesu nomen accepit (c. 75. p. 300. E.), quod vel ab angelis malis reformidatur (c. 111. p. 338. B.) et ut iste Navae filius res ederet a Christo domino nostro gerendas effecit (c. 115. p. 343. B.).

---

49) Ap. II. c. 6. p. 44: *Ἰησοῦς δὲ καὶ ἀνθρώπου καὶ σωτῆρος ὄνομα καὶ σημασίαν ἔχει.* Censet enim in vocabulo יְהוֹשׁוּעַ contineri אִישׁ *ἄνθρωπος* (Iren. adv. haer. II. 24. ed. Mass.) nomenque *Ἰησοῦς* quum ab *ἰάομαι* derivatum putaret, etiam ad *σωτῆρος* retulit significationem.

50) Dial. c. 111. p. 338: *Ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἐκείνων καὶ προφητῶν τοῦ Θεοῦ νοῆσαι γεγενημένον, ὅτι ἀμφότερα τὰ μυστήρια εἰς αὐτῶν βαστάσαι οὐκ ἦν δυνατός· λέγω δὲ τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ καὶ τὸν τύπον τῆς τοῦ ὀνόματος ἐπικλήσεως.* Cf. Wurm: l. c. p. 24. sq..

CAPUT IV.

JUSTINI DE SCRIPTURA SACRA DECRETA.

§. 52.

Justinus commemorat Christianorum magistros in dial. c. 119. p. 347. sq. dicens: Ἡμεῖς τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ, τῇ διά τε τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ λαληθείσῃ πάλιν, καὶ τῇ διὰ τῶν προφητῶν κηρυχθείσῃ ἡμῖν πιστεύσαντες [1]). Cum hoc loco contendas epist. ad Diogn. c. 11. p. 502., ubi V. et N. Ti conjunctim afferuntur auctores his verbis: Εἶτα φόβος νόμου ᾅδεται καὶ προφητῶν χάρις γινώσκεται καὶ εὐαγγελίων πίστις ἵδρυται καὶ ἀποστόλων παράδοσις (h. e. praecepta apostolorum literis mandata: II. Thess. II. 15.) φυλάσσεται [2]). Observandum quoque est, Justinum nostrum jam referre, in sacris Christianorum coetibus pariter evangelia ac prophetarum scripta praelegi [3]). Quin etiam hortatur paganos, ut sacri Codicis scripta, in quibus insit vera religio, inspiciant, quum futurum sciat, ut grata omnibus videantur [4]).

§. 53.

A. DE VETERE TESTAMENTO.

Primum breviter examinemus, quid de V. T. inspiratione Martyr statuerit [5]). Deus enim hominibus, daemonum

---

1) Baumg.-Crusius: *Lehrb. d. chr. D. G.* II. p. 881, not. 3: *Der Zusammenhang zeigt, dafs von Schriften, nicht von Lehre, die Rede sei (?).* Coll. Augusti: *Denkwürdigkk. aus d. chr. Archaeol.* VI. p. 35. sq..

2) v. Drey al. *Theol. Quartalsch.* 1825. III. p. 458..

3) Ap. I. c. 67. p. 98: Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. De hoc loco cf. Augusti: l. c. p. 88..

4) Ap. I. c. 44. p. 82: Οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς (libris V. T.), ἀλλὰ καὶ ὑμῖν — εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι κ. τ. λ.. Coh. c. 35. p. 32: Καιρὸς οὖν ἥκει ὑμᾶς ἄνδρες Ἕλλ. — ἐντυχεῖν ταῖς θείαις τῶν προφητῶν ἱστορίαις καὶ γνῶναι παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν.

5) *C. A. Credner:* De libr. N. T. inspiratione quid statuerint Christiani ante saec. tertium medium P. I. Jen. 1828. 8. p. 28. sqq., coll.

malignitate in gravissimos errores inductis (Ap. I. c. 5. p. 55. D. E. 56. A., II. c. 5. p. 44. B. C.), omnia accurate vaticiniis praedicere constituit de adventu Jesu servatoris, quo λόγος hominibus insitus pristina jura recipiat (Ap. I. c. 33. p. 74. E., c. 61. p. 94. E.). Ne autem isti daemones consilia, pro generis humani salute inita, e praedictionibus perspicerent neve reprimerent, ipse Deus veluti instrumentis usus est vaticinantibus, qui, quemadmodum cithara chordis a fidicine non excitatis nullos edit sonos, nihil nisi quod divinitus ipsis inspiratum erat prolocuti sunt[6]), imo vero propriam ipsorum oraculorum significationem atque gravitatem haud perspicue intellexerunt[7]). Viros enim quosdam integros, imperitos, lingua barbaros, ne figuras quidem literarum callentes, sed mente sapientes et fideles elegit[8]), quibus λόγου θείου vel πνεύματος

Ejusd. *Beiträge zur Einl. in die bibl. Schrift.* I. p. 108. sqq., Chr. Vilh. Rodhe: Justini M. de theopneustia librorum sacr. judicium. Lundae 1830. 8. De Tatiani, qui Justini discipulus fuerat, circa hanc rem doctrina v. H. A. Daniel: *Tatianus d. Apologet*, Halle 1837. p. 138. sq.

6) Coh. c. 8. p. 9. (coll. c. 35. p. 32. D. E.): *Ἵν' αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ κατιὸν πλῆκτρον, ὥσπερ ὀργάνῳ κιθάρας τινὸς ἢ λύρας τοῖς δικαίοις ἀνδράσι χρώμενον, τῆς τῶν θείων ἡμῖν καὶ οὐρανίων ἀποκαλύψῃ γνώσιν.* Illae imagines Platonismum redolent. Cf. Eisenlohr: Argumenta ab apoll. sec. II. ad conf. rel. chr. c. gentil. usurpata, in Potti et Rup. Syll. comm. theoll. II. p. 183. sq..

7) Ap. II. c. 13. p. 51: *Οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα.* Dial. c. 52. p. 271: *Ἐν παραβολῇ καὶ παρακεκαλυμμένως τὸ πν. τὸ ἅγ. — αὐτὰ ἐλελαλήκει.* Ib. c. 76. p. 302: *Διὰ τῶν προφητῶν παρακεκαλυμμένως κεκήρυκτο — ἀλλ' οὖν γε ὑπ' οὐδενὸς νοεῖσθαι ἐδύναντο.* C. 90. p. 317: *Ὅσα εἶπον καὶ ἐποίησαν οἱ προφῆται — παραβολαῖς καὶ τύποις ἀπεκάλυψαν.* — Coh. c. 14. p. 15. (coll. c. 36. p. 34. D.): *Πολλὰ — ὑπὸ τῆς θείας τῶν ἀνθρώπων προνοίας καὶ ἄκοντες — εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν.*

8) Dial. c. 7. p. 224: *Ἐγένοντό τινες πρὸ πόλλου χρόνου — μακάριοι καὶ δίκαιοι καὶ θεοφιλεῖς, θείῳ πνεύματι λαλήσαντες καὶ τὰ μέλλοντα θεσπίσαντες, ἃ δὴ νῦν γίνεται· προφήτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν. οὗτοι μόνοι τὸ ἀληθὲς καὶ εἶδον καὶ ἐξεῖπον ἀνθρώποις, μήτ' ἐυλαβηθέντες μήτε δυσωπηθέντες τινὰ, μὴ ἠττημένοι δόξης, ἀλλὰ μόνα ταῦτα εἰπόντες, ἃ ἤκουσαν καὶ ἃ εἶδον ἁγίῳ πληρωθέντες πνεύματι.* Ap. I. c. 60. p. 93: Etiam *οὐδὲ τοὺς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων*

ἁγίου (προφητικοῦ, dum futurorum aperit cognitionem) ope praeter suetum ordinem non sententias tantum doctrinasque, sed et ipsa verba inspiraret [9]). Hi paganis philosophis multo antiquiores nec quidquam proprio Marte excogitatum docuerunt nec suas invicem opiniones evertere conati sunt, sed sine ullo partium studio scientiam hominibus tradiderunt a Deo acceptam; namque natura aut humani ingenii acie res tam magnae ac divinae cognosci nequeunt, sed eo, quod tum in sanctos homines descendebat, dono h. e. Spiritu divino, cujus puri seipsos operationi praebebant. Quare velut uno ore de omnibus rebus, quarum hominibus necessaria cognitio est, summa inter se consensione idque diversis locis et temporibus eos docuere [10]). Theo-

---

ἐπιστάμενοι, ἰδιώται μὲν καὶ βάρβαροι τὸ φθέγμα, σοφοὶ δὲ καὶ πιστοὶ τὸν νοῦν ὄντες, καὶ πηροὶ καὶ χῆροί τινες τὰς ὄψεις. His extremis verbis quinam prophetae indicentur nescio. Praeterea, ut hoc obiter moneam, vaticinatos esse censet prophetas annis ante Christum modo quinquies mille, modo ter mille, modo bis mille, non nunquam mille, interdum octingentis (Ap. I. c. 31. p. 73. B.), Davidem annis mille et quingentis (ib. c. 42. p. 80. C.) et Malachiam, quum Judaei nondum dispersi fuerint in omnes terrae partes (Dial. c. 117. p. 345. D.).

9) Ap. I. c. 33. p. 75: Οὐδενὶ ἄλλῳ θεοφοροῦνται οἱ προφητεύοντες, εἰ μὴ λόγῳ θείῳ. Ap. II. c. 10. p. 48. sq.: Λόγος γὰρ ἦν καὶ ἐστιν ὁ ἐν παντὶ ὢν καὶ διὰ τῶν προφητῶν προεἰπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. Per etiam saepe, ut dial. c. 7. p. 224. E., dicuntur prophetae ἁγίῳ πληρωθέντες πνεύματι. Etiam formula occurrit: Ὡς προεῤῥέθη ὑπὸ τοῦ θείου ἁγίου προφητικοῦ πνεύματος (Ap. I. c. 32. p. 73. C.). Coh. c. 35. p. 32: Τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς κατελθὸν πνεῦμα. Ap. I. c. 31. p. 72: Θεοῦ προφῆται, δι' ὧν τὸ πρ. πν. προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι. Ib. c. 36. p. 76: Μὴ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐμπεπνευσμένων λέγεσθαι νομίσητε (verba), ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κινοῦντος αὐτοὺς θείου λόγου. Coh. c. 10. p. 11: Ὁ Θεὸς καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας θείαν καὶ προφητικὴν τηνικαῦτα κατιοῦσαν παρέσχετο δωρεάν. Observandum est, Justinum nonnulla opera Spiritui pariter atque Logo attribuisse; vid. §. 59..

10) Coh. c. 8. p. 9: Ἀκόλουθον ἡγοῦμαι ἀνελθεῖν ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους, τοὺς καὶ τοὺς χρόνους τῶν παρ' ὑμῖν διδασκάλων πολλῷ προειληφότας καὶ μηδὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας αὐτῶν φαντασίας διδάξαντας ἡμᾶς, μηδὲ πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας ἢ τὰ ἀλλήλων ἀνατρέπειν πειρωμένους, ἀλλ' ἀφιλονείκως καὶ ἀστασιάστως τὴν παρὰ Θεοῦ δεξαμένους γνῶσιν καὶ ταύτην διδάσκοντας ἡμᾶς. οὔτε γὰρ φύσει οὔτε ἀνθρωπίνῃ ἐννοίᾳ οὕτω μεγάλα καὶ θεῖα γινώσκειν ἀνθρώποις δυνα-

pneustia igitur interpretante Justino est praesentia Dei, qua sacrorum librorum scriptoribus ita adfuit, ut, quid scriberent, eis suggesserit [11]). Talis quidem revelatio non poterat nisi in libris divinitus inspiratis esse deposita, quippe qui reapse essent Dei verbum [12]). Atque primum theopneustias indicium inde repetitum est, quod rerum divinarum cognitionem scriptores sacri acceperunt, alterum (idque gravissimum, quo etiam divina religionis christianae origo defendebatur) cernitur in vaticiniis plerumque jam eventu comprobatis [13]). Claris verbis autem, ut hoc breviter commemorem, dicit inspiratos Mosem (Ap. I. c. 32. p. 73. C.), Davidem (Dial. c. 34. p. 251. C.), quem etiam prophetam appellat (Ap. I. c. 40. p. 78. D.), Jesaiam (ib. c. 35. p. 76. A.), Jeremiam (Dial. c. 78. p. 304. C.), Ezechielem (ib. c. 44. p. 263. A.), Amosum (c. 22. p. 238. D.), Michaeam (Ap. I. c. 34. p. 75. D.), Zachariam (Dial. c. 115. p. 342. C.), Malachiam (ib. c. 28. p 246. A.) [14]). Apocryphos tamen libros, post prophetarum vere divinorum tempora exaratos a scriptoribus divino spiritu non afflatis, quum ex sacro

---

τὸν, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας τηνικαῦτα κατελθούσῃ δωρεᾷ, οἷς οὐ λόγων ἐδέησε τέχνης οὐδὲ τοῦ ἐριστικῶς τι καὶ φιλονείκως εἰπεῖν, ἀλλὰ καθαροὺς ἑαυτοὺς τῇ τοῦ θείου πνεύματος παρασχεῖν ἐνεργείᾳ, ἵν' αὐτὸ... γνῶσιν (vid. not. 6.). Διὰ τοῦτο τοίνυν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς γλώττης καὶ περὶ Θεοῦ — καὶ περὶ πάντων ὧν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστιν εἰδέναι, ἀκολούθως καὶ συμφώνως ἀλλήλοις ἐδίδαξαν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα ἐν διαφόροις τόποις τε καὶ χρόνοις τὴν θείαν ἡμῖν διδασκαλίαν παρεσχηκότες. Coll. dial. c. 7. p. 224. D. (not. 8.).

11) Ita definivit Rodhe: l. c. p. 7.; coll. v. Heusde: Initia phil. plat. I. 1. p. 123. sqq. et Junius: De Just. M. apol. adv. ethn. p. 51. sq..

12) Ap. I. c. 31. p. 72: Τὰς προφητείας ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν Ἑβραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ' αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτώμενοι, περιεῖπον. Coh. c. 12. p. 13: Μωσέως προὐπῆρχεν ἱστορία, ἣν ἐκ τῆς θείας ἐπιπνοίας Μωσῆς γέγραφε τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασι.

13) Vid. huj. libelli §. 50. not. 36. — 40..

14) Quoties V. T. scriptores citaverit, dicet D. F. Zastrau: De Just. M. biblicis studiis. Vratisl. 1831. 8. P. I. p. 15. not. 17. et p. 19. not. 30.; comp. Credner: De librorum N. T. inspiratione etc. p. 42. sq..

canone excluderentur [15]), Martyr, ut ceteri ecclesiae primaevae Patres, in suum usum convertere noluit. Opinatur denique divinitus inspiratos Hystaspis (Ap. I. c. 20. p. 66. B., c. 44. p. 82. C.) et Sibyllae (Coh. c. 37. p. 34. sqq., ap. l. l. cc.) libros, quum vaticiniis referti sint, quae a solo Deo per sanctum propheticum spiritum edita putabat [16]).

Quodsi Scriptura non verbum Dei solum contineat, sed hoc revera sit, quid mirum, si Justinus, ut omnia in V. T. cum Jesu et apostolorum doctrina belle consentirent, allegorica, typica et mystica divini Codicis interpretandi ratione usus sit, imo ei nimium quantum indulserit [17]). Quae quum ita sint, licet plerumque crassa ut ajunt Minerva rudique artificio, quamlibet V. T. paginam ad Jesum Nazarenum, hominum saluti promissum Messiam, et ad res divinas atque coelestes referebat [18]).

---

15) Cfr. de Wette: *Lehrb. d. hist.-krit. Einl. in d. kan. u. apocr. Büch. d. A. T.* ed. 4. p. 9. et 21..

16) Vid. Credner: l. c. p. 44. not. 3.; coll. nostri lib. §. 50. not. 41. sq..

17) In hoc interpretationis genere Justino nostro (Coh. c. 13. p. 14. C.) Alexandrini Judaei, inprimis Aristobulus (Valckenarius: Diatr. de Arist. Jud. ed. Lug. p. 69. sqq.) et Philo (Gfrörer: *Krit. Gesch. d. Urchrist.* I. 1. p. 68. sqq., Hilgers: *Krit. Darst. d. Haeresen* I. 1. p. 48. sqq., Georgii: *Üb. — alex. Rel. phil.*, in Illgeni: *Zeitschr. für d. hist. Theol.* 1839. fasc. IV. p. 4. sqq.), praeiverant. Hi quidem ipsi illud didicerant e scriptis Platonis, qui praecipue in lib. de republ. II. et III. interpretatione allegorica ethnicorum religioni spiritualem formam et colorem tribuit ideoque ea removeri vult, quae Homerus de rebus divinis minus recte videtur cecinisse. In universum Graeci illa interpretatione ad historias sacras intelligendas utebantur, ut demonstrarunt Lobeck: *Aglaoph.* T. I. p. 155. sqq. et Stuhr: *Allg. Ueberbl. üb. d. Gesch. d. Behandl. u. Deut. d. Mythen im Alterth.*, in Baneri *Zeitschr. für spec. Theol.* I. 2. p. 1. sqq.; coll. Schow in edit. Heraclidis allegor. Homericarum. Gott. 1782. p. 223. sqq..

18) *Πάντα*, inquit in dial. c. 42. p. 261., — *τὰ ὑπὸ Μωσέως διαταχθέντα δύναμαι καταριθμῶν ἀποδεικνύναι τύπους καὶ σύμβολα καὶ καταγγελίας τῶν τῷ Χριστῷ γίνεσθαι μελλόντων καὶ τῶν εἰς αὐτὸν πιστεύειν προεγνωσμένων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ὁμοίως γίνεσθαι μελλόντων.* Cf. praeterea dial. c. 114. p. 341: Justinus postquam de verborum sacri Codicis sensu quaedam monuerat, ita pergit: *Καὶ γὰρ ἐν παραβολῇ* (allegorice) *λίθον πολλαχοῦ καλεῖν ἀπέδειξα τὸν Χρ. καὶ ἐν τροπολογίᾳ* (tropologice) *Ἰακὼβ καὶ Ἰσρ.*.

Insignis est imprimis locus in ap. l. c. 36. p. 76. obvius: (*Ὁ λόγος θεῖος*) *ποτὲ μὲν ὡς προαγγελτικῶς τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι λέγει, ποτὲ δ' ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ δεσπότου πάντων καὶ πατρὸς Θεοῦ φθέγγεται* (exempla dantur ib. c. 37. p. 77. A. B.), *ποτὲ δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ* (v. c. 38. p. 77. C. D.), *ποτὲ δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν* (v. c. 47. p. 84. A. B.) *ἀποκρινομένων τῷ κυρίῳ, ἢ τῷ πατρὶ αὐτοῦ* [19]). Justinus autem in bibliis sacris divinitus inspiratis summam omnium inter sese consensionem deprehendi contendens [20]), etiam, quum nihilo secius in illis quaedam diversa inter se et repugnantia inesse viderentur, ad intelligenda prophetarum dicta opus esse magna et peculiari Dei gratia coactus erat affirmare [21]). Quam quidem Christiani acceperunt; in Judaeos autem quadrat illud Mosis (Deuter. XXXII. 16.): *Παρώξυνάν με ἐπ' ἀλλοτρίοις κ. τ. λ.*, unde sequitur eos divina illa gratia esse destitutos (Dial. c. 119. p. 346. E.).

Ib. c. 68. p. 294: *Πολλοὺς λόγους τοὺς ἀποκεκαλυμμένως καὶ ἐν παραβολαῖς ἢ μυστηρίοις* (mystice s. arcane) *ἢ ἐν συμβόλοις ἔργων λελεγμένους — προφῆται ἐξηγήσαντο.* — Multa exempla e Justinianis scriptis collegerunt J. G. Rosenmüller: Hist. interpret. libror. sacrr. in eccl. chr. P. I. p. 150. sqq. et Flügge: *Vers. einer Gesch. d. th. Wiss.* I. p. 328. sq.. Quamobrem ad eos ablegare sufficere putamus.

19) De hoc loco, quo in prophetarum scriptis vel Deum vel Christum vel populum loqui contendit, plura dabit Georgii: l. c. p. 59. sq.; coll. Junius: l. c. p. 75..

20) Coh. c. 8. p. 9: *Περὶ πάντων — ἀκολούθως καὶ συμφώνως ἀλλήλοις ἐδίδαξαν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα ἐν διαφόροις τόποις τε καὶ χρόνοις τὴν θείαν ἡμῖν διδασκαλίαν παρεσχηκότες.* Dial. c. 65. p. 289: *Ἐὰν τοιαύτη τις δοκοῦσα εἶναι γραφὴ προβληθῇ καὶ πρόφασιν ἔχῃ ὡς ἐναντία οὖσα, ἐκ παντὸς πεπεισμένος, ὅτι οὐδεμία γραφὴ τῇ ἑτέρᾳ ἐναντία ἐστὶν, αὐτὸς μὴ νοεῖν μᾶλλον ὁμολογήσω τὰ εἰρημένα.*

21) Dial. c. 7. p. 225: *Εὔχου δέ σοι πρὸ πάντων φωτὸς ἀνοιχθῆναι πύλας· οὐ γὰρ συνοπτὰ οὐδὲ συννοητὰ πᾶσίν ἐστιν, εἰ μὴ τῷ Θεὸς δῷ συνιέναι καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ.* Ib. c. 58. p. 280: *Γραφὰς ὑμῖν ἀνιστορεῖν μέλλω, οὐ κατασκευὴν λόγων ἐν μόνῃ τέχνῃ ἐπιδείκνυσθαι σπεύδω· οὐδὲ γὰρ δύναμις ἐμοὶ τοιαύτη τίς ἐστιν, ἀλλὰ χάρις παρὰ Θεοῦ μόνη εἰς τὸ συνιέναι τὰς γραφὰς αὐτοῦ ἐδόθη μοι· ἧς χάριτος καὶ πάντας κοινωνοὺς ἀμισθωτὶ καὶ ἀφθόνως παρακαλῶ γίνεσθαι.* Cf. eadem de re ib. c. 90. p. 317. D., c. 92. p. 319. C., c. 113. p. 340. B., c. 119. p. 346. D. E. Vid. Baumg.-Crusius: *Bibl. Theol.* p. 236..

In citandis V. T. locis, quos solebat diligenter evolvere [22]), Justinus utebatur dumtaxat versione Alexandrina, cui summam auctoritatem tribuebat [23]). Ejus originem ita narrat (Coh. c. 13. p. 13. sq., coll. ap. I. c. 31. p. 72. C. D., dial. c. 71. p. 297. B.): Ptolemaeus (Philadelphus), Aegyptiorum rex, quum bibliothecam Alexandrinam construeret, certior factus de antiquis historiis vaticiniisque prophetarum hebraice compositis, septuaginta sapientibus viris [24]) graece et hebraice scientibus, quos Hierosolymis accessiverat, hos libros interpretandos demandavit jussitque, ab omni interpellatione liberi ut citius versionem absolverent, singulos septem ab urbe stadiis prope Pharum in cellulis includi; posteaquam illos LXX auctores ne una quidem in vocula a mutuo consensu aberrasse cognovit, stupore perculsus pro certo tenebat, non sine Spiritu divino interpretationem esse literis consignatam. Rem adeo incredibilem ne gentiles in dubium vocent, contestatur Justinus, testi sibi

22) Hoc quidem docet Credner: *Beitr.* II. p. 85. et 217.; v. Göz: *Just. d. M. zw. Ap.* p. 175. sqq..

23) Inde statim apparet, ipsum hebraicam linguam parum habuisse cognitam, id quod pluribus exponunt Jo. Rehling: De Samaritanismo et Hebraismo Justini M. Wittenb. 1729. 4. p. 14. sqq., Rosenmüller: l. c. p. 162. et Credner: l. c. I. p. 101. sq., II. p. 133. et 197. sq.. Diserte indicat τοὺς Ἑβδομήκοντα in dial. c. 120. p. 348. E., c. 124. p. 353. D., c. 131. p. 360. C., c. 137. p. 367. A.

24) Ap. I. c. 31. p. 72. narrat Justinus, Herodem, id temporis Judaeorum regem, a Ptolemaeo per legatos rogatum esse, ut illos libros mitteret. Quum vero, quae in iis scripta essent, Aegyptii non intelligerent, iterum Ptolemaeum petiisse, ut etiam mitteret viros, qui illos in graecum sermonem transferrent. At Herodis vero aetas multo erat inferior. Itaque Maranus et Thalemannus ad l. l., quemadmodum nuper Zastrau l. c. p. 13. not. 12. istum naevum imperitis tribuerunt librariis, qui vocem Ἡρώδης margini adscriptam in textum recepissent, Grabius contra legendum censuit βασιλεύοντι ἱερεῖ et paulo post βασιλεύων ἱερεύς (Philo de vit. Mos. II. p. 658.). Jac. Usserius (De graeca LXX interpr. vers. p. 81.), illam commenticiam historiam defendens, Justinum arbitratus est bibliothecam Philadelphi cum ea confudisse, quam Cleopatra in Serapeo restituisset. Cfr. prae ceteris Eichhorn in *Repert. für bibl. u. morgenl. Liter.* T. I. p. 266. sqq. et de Wette: l. c. §. 40..

credant et aurito et oculato [25]). Hujus versionis inspiratae vel minimam verborum mutationem crimen putabat [26]) neque pugnabat contra versionem, quae aliter ac septuagintaviralis scripta esset, sed contra τοὺς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐξηγητάς (Dial. c. 36. p. 254. D.) sive τοὺς διδασκάλους τῶν Ἰουδ. (ib. c. 62. p. 285. C.), quod LXX versionis Alexandrinae auctores interdum minus recte interpretatos esse contenderent [27]). Quare Judaeorum dicit interpretationes esse artificio compositas vel potius impias (Dial. c. 79. p. 305. C.) eosque humiliter, jejune et insipienter explicare (ib. c. 112. p. 338. E. 339. A. B. D.).

§. 54.

B. DE NOVO TESTAMENTO.

Jam medio saeculo secundo traditionis ore propagatae auctoritas de pristino statu dejecta est omnesque coeperunt confugere ad evangelia literis mandata [28]). Atque Justinus primus prodiit, qui semper ad scriptas evangelicas narrationes, V. T. praesagiis probatas, provocaret. Evangelia autem vulgo vocat ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων [29]) (Ap. I. c. 67. p. 98. D.,

25) Ταῦτα, ait Coh. c. 13. p. 14., οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλλ., — ἀλλ' αὐτοὶ — τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσμων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα — ταῦτα ἐκαγγέλλομεν.

26) Dial. c. 73. p. 299., ubi Tryphoni incredibile videtur, quod Judaei multa in V. T. deleverint, Justinus Ναὶ, respondet, ἀπίστῳ ἔοικε· φοβερώτερον γάρ ἐστι τῆς μοσχοποιΐας, ἣν ἐποίησαν ἐπὶ γῆς μάννα πεπλησμένοι, καὶ τοῦ τὰ τέκνα θύειν τοῖς δαιμονίοις, ἢ τοὺς αὐτοὺς προφήτας ἀνηρηκέναι.

27) Dial. c. 120. p. 348. sq.: Δυνατὸν ἦν μοι — μάχεσθαι πρὸς ὑμᾶς (Jud.) περὶ τῆς λέξεως, ἣν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε λέγοντες εἰρῆσθαι· ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ (Gen. XLIX. 10.)· ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἐξηγήσαντο οἱ Ἑβδομήκοντα, ἀλλ'· ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται. Cfr. ib. c. 43. p. 262. D., c. 67. p. 291. A., c. 72. p. 298. D., c. 84. p. 310. C., c. 120. p. 348. E.. Vid. Lumper: Hist. th. — crit. II. p. 134..

28) Jam Papias quasi apud alios se excusans ait ap. Euseb. H. E. III. 39: Οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης. Legas quae egregie disputavit Credner: Beitrr. I. p. 30. sqq..

29) Ap. I. c. 66. p. 98: Οἱ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται εὐαγγέλια. De ἀπομν. vera

Dial. c. 100. p. 327. B., c. 101. p. 328. C., c. 102. p. 329. C., c. 103. p. 331. C. D., c. 104. p. 332. B., c. 106. p. 333. D. et 334. B.); verba *τῶν ἀποστόλων* desiderantur in dial. c. 105. p. 332. D. 333. B. et c. 107. p. 334. B.. Semel tantum leguntur formulae: *Ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰ. Χ. ἐδίδαξαν* (Ap. I. c. 33. p. 75. B.), *ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται* (Dial. c. 100. p. 326. D.) et *ἐν τῷ λεγομένῳ εὐαγγ.* (ib. c. 10. p. 227. C. coll. de res. c. 10.). Quid vero de illis commentariis apostolorum videtur statuendum? Veri simillimum est, Justinum nostra canonica evangelia cognita habuisse eaque usurpasse, ita tamen, ut praeterea libro aliquo interdum usus sit apocrypho, sive Hebraeorum sive Petri evangelio (Dial. c. 106. p. 333. E.) [30]), quod fundamen-

---

indole diversas VV. DD. sententias recenset Credner: l. c. p. 133. sqq., coll. de Wette: *Lehrb. d. hist.-krit. Einl. in die kan. Büch. d. N. T.* ed. 3. p. 84. sq..

30) Vid. de Wette: l. c. p. 84., Credner: l. c. p. 253. sqq. Accuratam locorum, qui ex *ἀπομνημονεύμασι τ. ἀποστ.* hausti sunt, comparationem cum nostris evangeliis dabunt Winer in Rosenmülleri, Fuldn. et Maur. Commentation. theoll. I. 1. p. 225. — 235., Zastrau: l. c. P. II. p. 6. — 28., Credner: l. c. p. 151. — 208. et de Wette: l. c. p. 76. — 82.; comp. nostri lib. §. 65. not. 9. 13. 14. 15. 17.. — Justinum Joanneum evangelium habuisse cognitum, vix est, quod negemus jam idcirco, quod notitiam doctrinae ceperat Valentinianorum (Dial. c. 35. p. 253. E.), apud quos teste Irenaeo adv. haer. III. c. 11. §. 7. illud evangelium haud tenui florebat auctoritate. Etiam loci inveniuntur, quibus sine dubio Martyr ad Joannem respexit. En tibi brevem tabulam: Ap. II. c. 6. p. 44: *Ὁ δὲ υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος κυρίως υἱὸς, ὁ Λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων καὶ συνὼν καὶ γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε· Χριστὸς μὲν, κατὰ τὸ κεχρίσθαι καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν, λέγεται* (Jo. I. 1. — 3.). Dial. c. 63. p. 286: *Ὡς τοῦ αἵματος αὐτοῦ* (Χρ.) *οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος γεγεννημένου, ἀλλ' ἐκ θελήματος Θεοῦ* (Jo. I. 13.). Ib. c. 88. p. 316: *Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος* (Jo. I. 20. 23.). Ap. I. c. 61. p. 94: *Ὁ Χρ. εἶπεν· ἂν μὴ ἀναγεννηθῆτε, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὅτι δὲ καὶ ἀδύνατον εἰς τὰς μήτρας τῶν τεκουσῶν τοὺς ἅπαξ γεννωμένους ἐμβῆναι, φανερὸν πᾶσίν ἐστι* (Jo. III. 3. — 5.). Ib. c. 6. p. 65: *Λόγῳ* [i. e. *πνεύματι*; utroque enim vocabulo interdum promiscue utitur Justinus ut alii Patres, v. §. 59. et 62. not. 27.] *καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες* (Jo. IV. 24.). De res. c. 9: *Ψηλαφᾶν αὐτὸν ἐπέτρε-*

tum erat evangelii Ebionitarum, a quibus Justinus ad Christi doctrinam haud dubie conversus est. Quod quidem videtur quodammodo effecisse, ut Noster, quamquam vix ac ne vix quidem potuit ignorare Paulinas epistolas[31]), tamen nu-

---

πεν αὐτοῖς, καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων ἐν ταῖς χερσὶν ἐπεδείκνυε (Jo. XX. 25. 27.). Invenitur in dial. c. 17. p. 235. de Christo formula Joannis: Φῶς τοῖς ἀνθρώποις πεμφθὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Dial. c. 45. p. 264. (I. Jo. III. 8.); vid. not. 31. fin.. Porro Justinus et duo alii Patres Asia minore oriundi, dico Ignatium et Irenaeum, nonne ratione, qua differunt ab aliis, suam de eucharistia sententiam exhibent Joanneae finitimam? Vid. Baumg.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D. G.* II. p. 1217.. Maxime quod ad sacrae coenae effectum h. e. carnis immortalitatem et resurrectionem attinet, spectasse ad locum videntur Joanneum (ev. VI. 54. sqq.): Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον κ. τ. λ.. Et ne quis Justinum, doctrinae de Λόγῳ toto animo deditum nusquam quarti evangelii initium dicat examinasse, is audiat praeter l. c. ex ap. II. c. 6. p. 44. D. E. locum dial. c. 105. p. 332., quo ex apostolorum commentariis (Jo. I. 1.—14.) se didicisse profitetur: ὅτι (Χρ.) μονογενὴς (coll. fragm. ap. Iren. adv. haer. IV. c. 6. §. 2.) ἦν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων ἰδίως ἐξ αὐτοῦ λόγος καὶ δύναμις γεγεννημένος καὶ ὕστερον ἄνθρωπος διὰ τῆς παρθένου γενόμενος. Cf. quae adnotavimus §. 44. not. 5.. Hoc autem evangelio Martyr, qui fidem evangeliis non tribuit nisi historicam, non tam crebro usus est propterea, quod pauca tantummodo praebet, quae ad σωματικὰ Jesu Christi pertinent. Sicuti Paulum apostolum, licet ejus epistolis saepius usus sit (v. not. 31.), ita etiam Joannem dissertis verbis non nominat. — Denique nemo, nisi egregie fallor, hucusque observavit, etiam in EPISTOLA AD DIOGN. evangelii Joannei vestigia deprehendi: C. 4. p. 496: Τὸ δὲ καταφεύδεσθαι Θεοῦ, ὡς κωλύοντος ἐν τῇ τῶν σαββάτων ἡμέρᾳ καλόν τι ποιεῖν, πῶς οὐκ ἀσεβές; (Jo. X. 33. coll. IX. 16.). C. 6. p. 497: Χριστιανοὶ ἐν κόσμῳ οἰκοῦσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ κόσμου (Jo. XVII. 11. 14. 16.). C. 10. p. 500: Ὁ γὰρ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησε — πρὸς οὓς ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ· οἷς τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν ἐπηγγείλατο, καὶ δώσει τοῖς ἀναπήσασιν αὐτόν (Jo. III. 16., I. Jo. IV. 9.). C. 11. p. 501. (I. Jo. I. 1.); vid. not. 31. fin.. — De Actorum usu nihil certi constitui potest. Vid. dial. c. 39. p. 258. D. et c. 76. p. 302. A. (Act. XXVI. 23.), de res. c. 9: Βλεπόντων αὐτῶν (Act. I. 9.), ap. I. c. 49. p. 85: Ἰουδ. — τὸν Χρ. παραγ. ἠγνόησαν (Act. XIII. 27.). Ibid. legitur in Actis (VI. 5. 8., XIII. 48. 52.) usitata formula πληρωθέντες χαρᾶς καὶ πίστεως.

31) Nonne ipse scripserat adversus Marcionem, qui, ut probe scimus, decem epistolas Pauli in usu habebat? Locos proponens, quibus vestigia Paulina deprehenduntur, negotium facere arbitror haud ingratum: Coh. c. 35. p. 93: Οὐ γὰρ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις τὰ τῆς ἡμε-

spiam apertis verbis eas laudaverit; etenim apud judaicos Christianos Pauli, gentilium apostoli et legis Mosaicae adversarii, auctoritas nulla erat [32]). Commemorat autem apocalypsin Joanneam veluti divinitus inspiratam scilicet ob vaticinia, quibus referta est [33]). Praeterea in N. T. nullos libros inspira-

---

τέρας θεοσεβείας πράγματα (I. Cor. IV. 20.). Dial. c. 111. p. 338: Ἦν γὰρ τὸ πάσχα ὁ Χρ., ὁ τυθεὶς ὕστερον (I. Cor. V. 7.). Ib. c. 42. p. 261: Πολλῶν ἀριθμουμένων μελῶν, τὰ σύμπαντα ἓν καλεῖται, καὶ ἐστὶ σῶμα κ. τ. λ. (I. Cor. XII. 12.). Ib. c. 139. p. 369. A. (I. Cor. XII. 13.). Orat. c. 5. p. 40: Γίνεσθε ὡς ἐγώ· ὅτι κἀγὼ ἥμην ὡς ὑμεῖς (Gal. IV. 12.). Ib.: Ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλος, ἐριθεῖαι, θυμοὶ καὶ τὰ ὅμοια τούτοις (Gal. V. 20. 21.). De res. c. 9: Ἐν οὐρανῷ τὴν κατοίκησιν ἡμῶν ὑπάρχειν, coll. ep. ad D. c. 5. p. 497: Ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται (Phil. III. 20.). Dial. c. 85. p. 311: Πρωτοτόκου πάσης κτίσεως (Col. I. 15.). Dial. c. 110. p. 336: Ὅταν καὶ ὁ τῆς ἀποστασίας ἄνθρ., ὁ καὶ εἰς τὸν Ὕψιστον ἐξαλλὰ λαλῶν κ. τ. λ. (II. Thess. II. 3. 4.). — De res. c. 8: Ὁ Θεὸς — σώζεσθαι πάντας θέλει (I. Tim. II. 4.). Dial. c. 13. p. 229: Μηκέτι αἵμασι τράγων καὶ προβ. ἢ σποδῷ δαμάλεως (Hebr. IX. 13.). Cf. praeterea, quae Paulo praeeunte docentur de cordis praeputio: Dial. c. 15. p. 233. D. E. et c. 28. p. 245. D., p. 246. A. (Rom. II. 29., Phil. III. 3., Col. II. 11. — 13.), de peccatis fide per sanguinem Christi ejusque mortem expiandis: Dial. c. 13. p. 229. E., c. 40. p. 259. A., c. 134. p. 364. D. (Rom. III. 25., V. 9. 10., Eph. I. 7., II. 13., Col. I. 20.), de justitia e fide paranda: Dial. c. 23. p. 241. C. (Rom. IV.) et de aliis rebus. Vid. Zastrau: l. c. P. II. p. 40. sq.. Epistola ad Diogn. haec praebet: C. 5. p. 497: Ἀτιμοῦνται, καὶ ἐν ταῖς ἀτιμίαις δοξάζονται· βλασφημοῦνται, καὶ δικαιοῦνται· λοιδοροῦνται, καὶ εὐλογοῦσιν (I. Cor. IV. 10. 12.). C. 12. p. 502: Ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ (I. Cor. VIII. 1.). C. 5. p. 497: Ἀγνοοῦνται, καὶ κατακρίνονται· θανατοῦνται, καὶ ζωοποιοῦνται· πτωχεύουσι, καὶ πλουτίζουσι πολλούς (II. Cor. VI. 9. 10.). — De catholicis epistolis haec adnotamus: Coh. c. 35. p. 33: vide supra (Jac. I. 22.). [Ep. ad D. c. 9. p. 500: Τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι (Jac. V. 20.); Ib.: Δίκαιον ὑπὲρ τ. ἀδίκων (I. Petr. III. 18.). Ib. c. 6. p. 498: Ἡ ψυχὴ ἐν θνητῷ σκηνώματι κατοικεῖ (II. Petr. I. 13. 14.). Ib. c. 11. p. 501: Οὗτος (Χρ.) ὁ ἀπ' ἀρχῆς sc. ὁ λόγος (I. Jo. I. 1., II. 13. 14.)]. Dial. c. 45. p. 264: Ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις κ. τ. λ. h. e. diabolus: v. §. 61. not. 19. (I. Jo. III. 8.).

32) Origen. c. Cels. VI. 65., Homil. in Jer. XVIII. 12.; Euseb. A. E. III. 27.; Hieron. comm. in Mt. II. 12., in ep. ad. Gal. II. 5.; Theoret. haer. fab. II. 1..

33) Dial. c. 81. p. 308: Καὶ ἐπειδὴ καὶ παρ' ἡμῖν ἀνήρ τις, ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, εἷς τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, ἐν ἀποκαλύψει

tos putat, quum in iis nulla praesagia inveniantur et apostoli, Hierosolymis in mundum profecti iique imperiti nec dicendi facultate praediti (Ap. I. c. 39. p. 78. A.), tantummodo nuntii sint divinae doctrinae a prophetis quondam praedicatae (Ap. I. c. 33. p. 75. B. coll. dial. c. 119. p. 347. E. 348. A.). Christi doctrinam ad Deum referendam esse pro certo ponebat [34]), apostolis vero, quibus Jesus eam dedit fidem mentisque sagacitatem, qua obscura prophetarum vaticinia recte explicarent [35]), historicam tantum fidem existimabat tribuendam esse. Idcirco eorum veritatem solet additis testimoniis firmare veteris Testamenti, cujus auctores sint primarii de rebus ad Jesum Christum ejusque doctrinam pertinentibus [36]). Nam οὐκ, inquit dial. c. 48. p. 267., *ἀνθρωπείοις διδάγμασι κεκελεύσμεθα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πείθεσθαι, ἀλλὰ τοῖς διὰ τῶν μακαρίων προφητῶν κηρυχθεῖσι καὶ δι' αὐτοῦ διδαχθεῖσι.*

γενομένη αὐτῷ, χίλια ἔτη ποιήσειν ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς τῷ ἡμετέρῳ Χριστῷ πιστεύσαντας προεφήτευσε κ. τ. λ.. Lege, quae contra Rettigium, verba *εἰς τ. ἀποστ. τ. Χρ.* spuria esse putantem, recte monet Lücke: *Versuch einer vollst. Einleitung in d. Offenb. Joh.* p. 280. sqq..

34) Ap. I. c. 14. p. 61: *Δύναμις Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ (Χρ.) ἦν.* Dial. c. 9. p. 226: *Οὐ κενοῖς ἐπιστεύσαμεν μύθοις οὐδὲ ἀναποδείκτοις λόγοις, ἀλλὰ μεστοῖς πνεύματος θείου καὶ δυνάμει βρύουσι καὶ τεθηλόσι χάριτι.*

35) Dial. c. 76. p. 302: *Εἰ γὰρ διὰ τῶν προφητῶν παρακεκαλυμμένως κεκήρυκτο, — ὑπ' οὐδενὸς νοεῖσθαι ἐδύνατο, μέχρις αὐτὸς* (Chr.) *ἔπεισε τοὺς ἀποστόλους ἐν ταῖς γραφαῖς ταῦτα κεκηρύχθαι διαῤῥήδην.* Ib. c. 89. p. 317: *Ἡμεῖς θαῤῥοῦντες πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτὸν· καὶ ὅσοι νενοήκασι τὰ τῶν προφητῶν, τοῦτον φήσουσιν, οὐκ ἄλλον.*

36) Ap. I. c. 33. p. 75: *Οἷς* (sc. *τοῖς ἀπομν.*) *ἐπιστεύσαμεν ἐπειδὴ καὶ διὰ Ἡσαΐου — τὸ προφ. πνεῦμα τοῦτ. γενησ. ἔφη.* Cfr. Credner: De librr. N. T. inspir. etc. p. 56. sq. et Junius: l. c. p. 48.. Minus recte disputat de hac re Rodhe: l. c. p. 82..

SECTIO SECUNDA.

DE SINGULIS CHRISTIANAE RELIGIONIS DOGMATIBUS.

CAPUT V.

JUSTINI DE DEO DOCTRINA.

A. EJUS THEOLOGIA SENSU ANGUSTIORI DICTA.

§. 55.

Maxime postulabant pagani Christianos atheismi [1]), utpote a quibus, nullam prorsus rerum divinarum curam publice gerentibus, suos deos recusari suaque sacra, statuas, oracula rideri viderent ita, ut eos omnino nullum deum colere opinarentur [2]). Ἄθεοι Christiani etiam propterea vocabantur, quod a vera religione alieni, morum praeceptis neglectis, res maxime impias pro sacris habere, hominem eumque crucifixum tamquam Deum colere nefandaque illa scelera, ut fama ferebat, viderentur admittere [3]). Justinus apologeta adversariis quidem

---

1) Cfr. J. J. Hulderich: Gentilis obtrectator p. 176. sqq., J. L. F. Lange: Expositio argumentorum, quibus patres apolog. religionem chr. a culpa Atheismi ei objecta defenderunt, in Illgeni *Hist.-theol. Abhdlgn* II. p. 127. sqq., alii, qui ibid. p. 131. not. 1. excitantur. Etiam Judaei Christianos ἀθεότητος accusabant, ut patet ex dial. c. 17. p. 234. sq.: Ἐξεπέμψατε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν λέγοντες, αἵρεσιν ἄθεον Χριστιανῶν πεφυκέναι. Ib. c. 108. p. 335: Κηρύσσοντας (Jud.), ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομοις ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ τινὸς Γαλιλαίου πλάνου κ. τ. λ. Vid. Flügge: *Vers. einer Gesch. d. th. Wiss.* I. p. 24.

2) Ap. I. c. 5. sq. p. 56: Δαίμονας (i. e. gentilium deos) οὐ μόνον μὴ ὀρθοὺς εἶναί φαμεν, ἀλλὰ κακοὺς καὶ ἀνοσίους δαίμονας. — Ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. Ib. c. 24. p. 68: Ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεοὺς μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσας καὶ [ἐν] γραφαῖς (i. e. statuis) στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν.

3) Ap. I. c. 22. p. 68: Εἰ δὲ αἰτιάσαιτό τις ἐσταυρῶσθαι αὐτὸν, καὶ τοῦτο κοινὸν τοῖς — παθοῦσιν υἱοῖς καθ' ὑμᾶς τοῦ Διὸς ὑπάρχει κ. τ. λ. Ib. c. 26. p. 70: Εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα (iis, qui vere Christiani sunt, objecta) πράττουσι (sc. ii, qui ex disciplina profecti sunt Simonis M., Marcionis, Menandri), λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς

concedit, Christianos atheos esse, si de opinatis gentilium diis agatur, secus vero quod ad verissimum illum ac virtutem omnium patrem attineat (Ap. I. c. 6. p. 56. B.); quem universitatis opificem quum colant, eos atheos non esse (ib. c. 13. p. 60. C.). Quodsi ex opinione paganorum, qui suam felicitatem a diis putabant curari, misera Christianorum sors poena neglecti cultus divini erat, respondet Martyr, Christianis persecutiones et mortem parari a malignis daemonibus, quod eos pro diis non habeant; operari illos contra Christi sectatores eodem modo, quo[3] Socratem olim persecuti fuerint[4]). Porro Christianos ingenue negat esse atheos: illos scilicet Deum colere verissimum, ejus Filium, bonorum Angelorum exercitum Spiritumque propheticum[5]); neque sacrificia, quibus tantummodo daemones egeant, ad summum numen colendum necessaria esse[6]), imo vero, quum materies sit anima carens ac formae divinae dissimillima, deos ab hominibus e vilibus rebus fabricatos et in templis collocatos falso adorari[7]). Quid, quod Atheismi crimen jure in ipsos paganos retorquet, quorum philosophi, omnium fabula-

---

οὐ γινώσκομεν. Ap. II. c. 13. p. 51. A., dial. c. 17. p. 235. C., c. 35. p. 253. A. D.. Cfr. Rössler: Philos. vet. eccl. de Deo p. 4. sq., Eisenlohr: Argumenta ab apoll. sec. II. ad conf. rel. chr. verit. c. gent. usurpp., in Potti et Rup. Syll. comm. th. II. p. 124. not. v., Lange: l. c. p. 128. sq..

4) Ap. II. c. 5. p. 43. sq.: *Εἰ δέ τινα ὑπέλθοι καὶ ἡ ἔννοια αὕτη, ὅτι εἰ Θεὸν ὁμολογοῦμεν βοηθὸν οὐκ ἄν, ὡς λέγομεν, ὑπὸ ἀδίκων ἐκρατούμεθα καὶ ἐτιμωρούμεθα, καὶ τοῦτο διαλύσω κ. τ. λ.*. Ap. I. c. 5. p. 56: *Καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες διὰ τῶν χαιρόντων τῇ κακίᾳ ἀνθρώπων ἐνήργησαν, ὡς ἄθεον καὶ ἀσεβῆ ἀποκτεῖναι, λέγοντες, καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν* (Socr.) *δαιμόνια, καὶ ὁμοίως ἐφ' ἡμῶν. τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦσιν.* Vid. not. 2..

5) Ap. I. c. 6. p. 56. C.; vid. de h. l. huj. lib. §. 60..

6) De mon. c. 4. p. 106: *Οὐ σπονδῇ καὶ θυμιάματι κακούργων προσφέρεται ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐνθύτητι τὰς τιμωρίας προσνέμει ἑκάστῳ.* Ap. I. c. 10. p. 58: *Οὐ δέεσθαι τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς προσφορᾶς προσειλήφαμεν τὸν Θεὸν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὁρῶντες.* Ib. c. 13. p. 60: *Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὔκ ἐσμεν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων, ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες.* Cfr. praeterea §. 61..

7) Cfr. §. 49. not. 15. et §. 61..

rum auctores, nullos deos esse docuerint [8])? Quo magis paganos summae convincat injustitiae, iis cum indignatione objicit, quomodo Simonem, Menandrum, Marcionem, homines haereticos, impios scelestissimosque non solum toleraverint, sed et divinis prosecuti sint honoribus [9]). Argumentis Dei existentiam firmari vix necesse erat, quum ipsi adversarii non modo divina numina agnoscerent, verum pie etiam colenda existimarent. Quamquam ad hunc Polytheismum impugnandum rationes erant excogitandae, quibus Dei unitas (*μοναρχία*) probaretur [10]). Eapropter primum provocat at sacras literas, e quibus illa primaria doctrina disci queat [11]), tum testimonio affert profanorum scriptorum consensum; nam divina, inquit, providentia factum est, ut vera esse prophetarum de uno Deo dicta vel inviti faterentur rejectaque *πολυθεότητος* doctrina occasionem veri cognoscendi praeberent [12]).

---

8) Ap. I. c. 4. p. 55: *Καὶ τούτων (φιλοσ.) τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν, καὶ τὸν Δία ἀσελγῆ ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ γενόμενοι ποιηταὶ καταγγέλλουσι· κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν· ἄθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τούτους τίθετε.* Plura dabit Lange: l. c. p. 149. sqq. coll. p. 209. sqq..

9) Cf. ap. I. c. 26. p. 69. D. (comp. c. 56. p. 91. B.). Ibi etiam de Simone refert Justinus: *Ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος — θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται, ὅς ἀνδριὰς ἀναγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ — ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην. ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ.* Haec quidem statua, minime, ut Justinus falso putat, Simoni sancto Deo, sed Semoni Sango, Sabinorum quidam numini (Ovid. fast. 17. 213.) dicata, anno 1754. reperta est. Vid. Baronius: Annall. ad ann. 44. num. 55..

10) Cf. Claussen: Apologetae ecclesiae chr. Ante-Theodosiani, Platonis ejusque phil. arbitri p. 57. sqq. et Junius: De Just. M. apol. adv. ethn. p. 28. sq., 37. sqq..

11) Coh. c. 36. p. 34: *Δι' ὧν (ἀγ. ἀνδρ. προφ.) δυνατὸν μανθάνειν ὑμᾶς ἕνα καὶ μόνον εἶναι Θεὸν, ὃ πρῶτόν ἐστι τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας γνώρισμα.*

12) De mon. c. 1. p. 103: *Ἀποδείξει τῇ ἐκ τῶν κατὰ τὸ παλαιὸν εἰς τὸ παντελὲς τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας ποιήσει κεχρημένος ἐκ τῶν πᾶσι κοινῇ δεδομένων γραμμάτων.* Coh. c. 36. p. 34: *Θείας γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν προνοίας ἔργον γέγονεν, τὸ καὶ ἄκοντας τούτους μαρτυρεῖν τὰ ὑπὸ τῶν προφητῶν περὶ ἑνὸς Θεοῦ εἰρημένα ἀληθῆ εἶναι κ.τ. λ..* Provocat igitur Justinus in tract. *περὶ μοναρχ.* et in coh. c. 15. — 21. p. 15. — 19. ad poëtas Orpheum, Homerum (II. II. 204.), Hesiodum; scenicos

Atque Deus inenarrabilis (ἄῤῥητος) nullo imposito et proprio nomine appellari potest; nomina enim sunt instituta ad designandas ac distinguendas res subjectas, quae et multae et variae sunt, at Deus vero, quum solus et unus existat, ab aliis minime oportet distinguatur. Deinde Deo propterea, quod ingenitus (ἀγέννητος) est, nullum prorsus nomen est inditum; cui enim nomen aliquod dicitur, is habet antiquiorem eum, qui nomen imposuit. Pater autem, Deus, Conditor, Dominus non nomina sunt, sed a beneficiis atque operibus ductae appellationes; neque Dei appellatio nomen est, sed rei non enarrabilis insita naturae humanae opinio [13]). Divinum numen, quod su-

---

Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Philemonem, Menandrum; philosophos Pythagoram et Platonem, quorum vel diserta verba de uno Deo affert, vel ex aliis sententiis ope interpretationis sensum elicit. Cf. Tiedemann: De Deo Platonis p. 84. et v. Heusde: Init. phil. Plat. II. 3. p. 112. sqq..

13) Ap. I, c. 10. p. 58: *Θεῷ —, τῷ μηδενὶ ὀνόματι θετῷ καλουμένῳ.* Ib. c. 61. p. 94: *Ὄνομα γὰρ τῷ ἀῤῥήτῳ Θεῷ* (Dial. c. 127. p. 457. B.) *οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν.* Coh. c. 21. p. 19: *Οὐδὲν γὰρ ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνατόν. Τὰ γὰρ ὀνόματα εἰς δήλωσιν καὶ διάγνωσιν τῶν ὑποκειμένων κεῖται πραγμάτων, πολλῶν καὶ διαφόρων ὄντων· Θεῷ δὲ οὔτε ὁ τιθεὶς ὄνομα προϋπῆργεν, οὔτε αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζειν φήθη δεῖν, εἷς καὶ μόνος ὑπάρχων.* Ap. II. c. 6. p. 44: *Ὄνομα δὲ τῷ πάντων πατρὶ θετὸν ἀγεννήτῳ ὄντι οὐκ ἔστιν. ᾧ γὰρ ἂν ὀνόματι προσαγορεύηται, πρεσβύτερον ἔχει* (mel. c. Thalem. ἔχον) *τὸν θέμενον τὸ ὄνομα. Τὸ δὲ πατὴρ καὶ θεὸς καὶ κτίστης καὶ κύριος καὶ δεσπότης οὐκ ὀνόματά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐποιϊῶν καὶ τῶν ἔργων προσρήσεις. — Τὸ Θεὸς προσαγόρευμα οὐκ ὄνομά ἐστιν, ἀλλὰ πράγματος δυσεξηγήτου ἔμφυτος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δόξα.* Ap. II. c. 12. p. 50. C., c. 13. p. 51. D.. Haec sententia, ex qua Deus *ἀφώνυμος* vel *ἀνωνόμαστος* dicitur, mera platonica est. Ut Dei natura, id quod arduum hominibus sit, cognoscatur, Christus effecit. Laudat Justinus in ap. II. c. 10. p. 48. D. E., ut apologetae tantum non omnes (v. Clausen: l. c. p. 62. not. 57.), fere iisdem verbis locum ex Plat. Tim. p. 28. ed. Steph. (p. 303. ed. Bip. coll. Cic. de nat. deor. I. 12.): *Τὸν — ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.* Tum addit: *Ἁ ἡμέτερος Χριστὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔπραξε.* Cfr. Hahn: De Platonismo theologiae vett. eccl. doctorum, nominatim Just. M. et Clem. Al. corruptore. Viteb. 1733. 4. p. 11. et Ackermann: *D. Christl. im Plato* p. 40. De Tatiano, qui nonnulla simili ratione atque Justinus de Deo docuit, v. Daniel: *Tat. d. Apol.* p. 142. sqq..

pra omnem essentiam (ἐπέκεινα πάσης οὐσίας) est [14]) neque oculis cernitur, sed sola mente Spiritu sancto ornata percipitur, est omnium rerum causa nec colorem habens nec figuram nec magnitudinem nec quidquam eorum, quae in oculorum adspectum cadunt [15]). Solus Deus neque genitus est neque corruptioni obnoxius ac propterea Deus est. Hic non enarrabilis, sempiternus, immutabilis, perpessionis expers universorum dominus, qui veritas est et mens perfecta atque formam ac gloriam habet ineffabilem [16]), in regione sua, quaecunque tandem est, semper manens, neque ullo tempore ad homines descendit neque ab his cerni potest neque ambulat neque dormit, sed acutum videt et acutum audit, non oculis quidem nec auribus, sed virtute non enarrabili. Omnia cognoscit, ut nihil eum lateat; nec movetur nec loco, ne toto quidem mundo (τόπῳ ἀχώρητος καὶ τῷ κόσμῳ ὅλῳ) comprehendi potest, quippe qui ante erat, quam mundus fiebat. Quomodo igitur aut quem-

14) Dial. c. 4. p. 221: Ὂν ἐπέκεινα πάσης οὐσίας οὔτε ῥητὸν οὔτε ἀγορευτόν, ἀλλὰ μόνον καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ἐξαίφνης ταῖς εὖ πεφυκυίαις ψυχαῖς ἐγγινόμενον διὰ τὸ συγγενὲς καὶ ἔρωτα τοῦ ἰδέσθαι. Locus est desumtus ex Plat. de rep. VI. p. 509. ed. Steph. (Vol. VII. p. 120. ed. Bip.). Vide Hahn: l. c. p. 14. et Baumg.-Crus.: *Lehrb. d. chr. D. G.* II. p. 926..

15) Dial. c. 3. p. 221: Οὐκ ἔστιν ὀφθαλμοῖς — ὁρατὸν τὸ θεῖον ὡς τὰ ἄλλα ζῶα, ἀλλὰ μόνῳ νῷ καταληπτὸν, ὥς φησι Πλάτων. Ibid. c. 4. p. 221: Τὸν Θεὸν ἀνθρώπου νοῦς ὄψεται πότε, μὴ ἁγίῳ πνεύματι κεκοσμημένος; — Τὸ ὂν — τῶν νοητῶν ἁπάντων ἐστὶν αἴτιον, οὐ χρῶμα ἔχον, οὐ σχῆμα, οὐ μέγεθος, οὐδὲ οὐδὲν, ὧν ὀφθαλμὸς βλέπει. Act. mart. c. 2. p. 586. ed. Mar.: Ὁ Θεὸς — τόπῳ οὐ περιγράφεται, ἀλλὰ ἀόρατος ὤν.

16) Dial. c. 5. p. 223: Μόνος ἀγέννητος (Ap. II. c. 6. p. 44. C., c. 12. p. 50. C., c. 13. p. 51. D.) καὶ ἄφθαρτος ὁ Θεὸς καὶ διὰ τοῦτο Θεός ἐστι· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα μετὰ τοῦτον γεννητὰ καὶ φθαρτά. Ib. c. 56. p. 275: Ὑπὲρ ὃν ἄλλος Θεὸς οὐκ ἔστιν. C. 60. p. 284.. De res. c. 8: Οὐκ ἄφθαρτος τοιοῦτος, οὐκ ἄφρων ὁ τῶν ὅλων πέφυκε νοῦς. Ap. I. c. 13. p. 61: Ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα Θεὸν. Ib. c. 25. p. 69: Θεῷ τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀπαθεῖ. De res. c. 1: Ἔστι ἀλήθεια ὁ Θεὸς — ὅς ἐστι νοῦς τέλειος. Ap. I. c. 9. p. 57: Ἀῤῥητον δόξαν καὶ μορφὴν ἔχων. Ib. c. 12. p. 58: Θεὸν ἀδύνατον εἶναι λαθεῖν τι, οὐ μόνον πραττόμενον, ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον. Ap. II. c. 12. p. 50. C. Dei δύναμις commemoratur de res. c. 5. et 9..

quam alloquatur, aut cuiquam appareat, aut in angustissima terrae parte conspiciatur? Itaque minime eum viderunt Abrahamus, Isaacus, Jacobus aliique homines. Hinc pagani quoque vehementer errant, imo vero nefanda agunt, siquidem deos formis praeditos in templis collocant [17]).

§. 56.

Jam indagemus, quid docuerit Justinus de operibus Dei. Qui quum bonus sit, primitus ex informi materia, quam sola voluntate tamquam rudem indigestamque molem creaverat, omnia condidit atque formavit [18]); est igitur non solum *ποιητὴς τῶν ὅλων*, qui nulla rè alia indigens sua virtute et potestate id quod fit efficit, sed etiam *δημιουργὸς τοῦ παντός*, qui accepta ex materia condendi facultate opus suum construit [19]). Ad hoc ta-

17) Dial. c. 127. p. 356. E. 357. et ap. I. c. 9. p. 57. C.

18) Coh. c. 22. p. 21: *Ὁ μὲν ποιητὴς, οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενος, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ποιεῖ τὸ ποιούμενον· ὁ δὲ δημιουργὸς, τὴν τῆς δημιουργίας δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφὼς, κατασκευάζει τὸ γενόμενον.* Cf. Philo de creat. princ. c. 7: *Τὰ μὴ ὄντα ἐκάλεσεν εἰς τὸ εἶναι, τάξιν ἐξ ἀταξίας καὶ ἐξ ἀποίων ποιότητας.* Ap. I. c. 10. p. 58: *Πάντα τὴν ἀρχὴν* (i. e. a principio; v. J. J. Ritter: Animadvv. in pr. Just. M. apol. Vrat. 1836. 4. p. 11. sq.) *ἀγαθὸν ὄντα δημιουργῆσαι αὐτὸν ἐξ ἀμόρφου ὕλης* (quae ipsius *τοῦ Θεοῦ πραγματεία* est: de res. c. 7.) *δι' ἀνθρώπους δεδιδάγμεθα.* Ib. c. 59. p. 92: *Ἵνα — παρὰ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων λαβόντα τὸν Πλάτωνα μάθητε τὸ εἰπεῖν, ὕλην ἄμορφον οὖσαν στρέψαντα τὸν Θεὸν κόσμον ποιῆσαι, ἀκούσατε τῶν αὐτολεξεὶ διὰ Μωσέως* Gen. I. 1—3.. Vid. Maran. ad h. l.; coll. Plat. Tim. T. IX. p. 305. et 342. sq. ed. B. et Cie. quaestt. acad. I. 6.. — In coh. c. 7. p. 8. memorat Justinus, Platonem mox tria universi principia (*ἀρχάς*) statuisse, sc. *θεόν*, *ὕλην* et *εἶδος*, mox addidisse quartum, sc. *τὴν καθόλου ψυχήν* i. e. animam mundi. Porro istum philosophum *ὕλην* mox asserere *ἀγέννητον*, mox *γεννητήν*. Tum eum *τῷ εἴδει* attribuisse *ἀρχὴν ἰδίαν* idque *καθ' ἑαυτὸ οὐσιῶσθαι* pronuntiasse, postea illud *ἐν τοῖς νοήμασιν* dixisse. Non ita sibimetipsi repugnare Mosen (ib. c. 9. p. 9.). Cf. de res. c. 6. Recenset etiam Justinus primorum graecorum philosophorum placita de mundi origine coh. c. 3. sqq. p. 4. sqq.; ab his tamen enumerandis possumus abstinere, quo luculentius nobis jam otium hic factum esse videmus ab Uhlemanno: *D. Schöpfung*, in Illgeni *Zeitschr. für d. hist. Theol.* 1833. III. 1. p. 111. not. 5..

19) Coh. c. 22. p. 21. (vid. not. anteced.). Act. mart. c. 1. p. 586.

men usus est filio suo, nimirum Logo, qui numero (ἀριθμῷ) quidem, sed non voluntate et sententia (γνώμῃ) a Patre diversus est atque omnia ita condidit et ornavit, ut is, quo nullus superior est Deus, voluit [20]). — Mundus autem factus est propter homines [21])

Atque licet nihil quidquam fati necessitate, sed omnia Dei providentia (προνοίᾳ) [22]) fieri constet, hac tamen liberum hominis arbitrium nequaquam tollitur. Quare ne quis fato (καθ' εἱμαρμένην s. καθ' εἱμαρμένης ἀνάγκην) omnia fieri dicat propterea, quod jam accurate praecognita fuerint in vaticiniis. Edocti a prophetis confirmamus potius, supplicia ac bonas remunerationes pro meritis cujusque actionum irrogari; quod si aliter se habet ac fati necessitate omniá fiunt, nullus jam libero arbitrio locus. Fatum igitur ineluctabile (εἱμ. ἀπαράβατος) in eo cernitur, quod aliis, qui bona eligunt, merita praemia, aliis, qui contraria faciunt, debitae poenae tribuuntur [23]). Universam quidem mundi providentiam Deus sibi sumsit, sed rerum singularum sub coelo positarum hominumque curam angelis commi-

---

Ἡγούμεθα ἕνα τοῦτον (Θεὸν) ἐξ ἀρχῆς ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῆς πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου. Deus ποιητὴς τῶν πάντων (Ap. I. c. 20. p. 66. C.) s. τῶν ὅλων (Dial. c. 7. p. 225. A., c. 34. p. 252. E., c. 56. p. 275. A., de mon. c. 2. p. 104. C.) s. γεννήτωρ τῶν ἁπάντων (Ap. I. c. 13. p. 61. A.); Deus ὁ πάντα (Dial. c. 56. p. 276. E., c. 102. p. 329. D.) s. τὸν κόσμον (Ap. I. c. 59. p. 92. C.) s. τὸν πάντα κόσμον (Ap. II. c. 5. p. 44. A.) s. τὸ πᾶν ποιήσας (Dial. c. 68. p. 293. C.). Deus δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντὸς s. τῶν πάντων s. τῶν ὅλων vocatur in ap. I. c. 13. p. 60. C., c. 59. p. 92. A., c. 63. p. 96. B. al.; cf. Daniel. l. c. p. 173..

20) Cf. dial. c. 56. p. 276. E., ap. II. c. 6. p. 44. D., I. c. 64. p. 97. B. (Ep. ad Diogn. c. 7. p. 498. C.); vid. huj. lib, §. 45. not. 12. et §. 46. not. 16..

21) Ap. I. c. 10. p. 58. (vid. not. 18.), II. c. 4. p. 43. D., c. 5. p. 44. A. De res. c. 7: Οὗ (hominis) ἕνεκεν γέγονε τὰ λοιπά. (Ep. ad Diogn. c. 4. p. 496: Omnia creata sunt εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων. Ib. c. 10. p. 500: Δι' οὓς (ἀνθρ.) ἐποίησεν τὸν κόσμον κ. τ. λ.)

22) De hoc vocabulo a Platone primo ita usurpato et in Ni Ti libris nonnisi humanam circumspicientiam et curam significante plura dabit Grimm: *Comment. üb. d. Buch d. Weish.* p. 149..

23) Ap. I. c. 43. p. 80. D. E. 81. A. Vid. huj. lib. §. 62. not 36. sq..

sit[24]). Minime porro mala in mundo obvia providentiae divinae repugnant. Namque mala moralia (i. e. prave facta) originem ducunt ex ipsius hominis libero arbitrio, quod, si Deus mala prohibere et prorsus reprimere vellet, aboleretur, qua re simul pretium virtutis omnisque tolleretur imputatio[25]); mala vero physica (i. e. quae felicitatem hominum impediunt) a diabolo et daemonibus concitantur, qui quidem debita supplicia in aeterno igne inclusi persolvent[26]).

B. JUSTINI DE DEO PATRE, EJUS FILIO ET SPIRITU SANCTO PLACITA.

§. 57.

Cum doctrina de triade divina, quae, etiamsi nondum sub hoc nomine (Theoph. ad Autol. II. c. 15.), in ecclesia propter verba formulae baptismalis apud Matth. XXVIII. 19.[27]) mox erat accepta, arcte cohaerebat Platonismus praesertim ab eo tempore, quo Patres cum Platonicis se ad Gnosticorum polytheismum opprimendum accingebant. Justinus, ut Platonem e V. T. libris accuratiorem demonstret cognitionem hausisse, affert quae ille philosophus de triade divina belle exposuerit. Hic enim, inquit in ap. I. c. 59. sq. p. 92. sq., doctrinam, qua Deus, quum materiam informem vertisset, mundum fecit, sumsit e Gen. I. 1.—3.; quod apud eundem in Timaeo (p. 36. ed. Steph.) physicis rationibus de Filio Dei investigatur: *Ἐχία-*

---

24) Vid. §. 60. not. 7..

25) Dial. c. 102. p. 329: *Μὴ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς — τὸν ὅφιν ἐξᾶραι τοῦ μὴ εἶναι; — Ἀλλ' ὡς ἐγίνωσκε καλὸν εἶναι γενέσθαι, ἐποίησεν αὐτεξουσίους πρὸς δικαιοπραξίαν καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους κ. τ. λ.*. Ap. I. c. 28. p. 71. B. C. (v. §. 46. not. 17.). Coll. not. 23..

26) Ap. I. c. 5. p. 55. D. E., II. c. 8. p. 46. D. (v. §. 61. not. 22. et 26.).

27) Ap. I. c. 61. p. 94. de baptismo haecce exstant: *Ἐπ' ὀνόματος τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χρ. καὶ πνεύματος ἁγ. τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λοῦτρον ποιοῦνται.* Ib. c. 65. p. 97. de eucharistia: *Οὗτος (ὁ προεστὼς) λαβὼν αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύμ. τ. ἁγ. ἀναπέμπει.* Coll. c. 67. p. 98. D.

σεν αὐτὸν ἐν τῷ παντὶ[28]), pariter a Mose mutuatus dixit, imitando exprimens narrationem de aeneo serpente in deserto (Num. XXI.), non recte tamen cognoscens decussationis sive literae X formam et significationem. Quod autem ab eo tertium dicitur, inde ortum est, quod Spiritum Dei apud Mosen (Gen. I. 2.) super aquas ferri legerat. Δευτέραν μὲν γὰρ, pergit, χώραν τῷ παρὰ Θεοῦ λόγῳ, ὃν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ ἔφη, δίδωσι, τὴν δὲ τρίτην τῷ λεχθέντι ἐπιφέρεσθαι τῷ ὕδατι πνεύματι, εἰπών· τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον[29]). Bene quidem, ait in coh. c. 32. p. 30., Plato Spiritum sanctum cognovit, sed ne prophetarum doctrinam secutus inimico animo in Graecos videretur esse, eum in Menone ἀρετήν appellandum esse censuit. Porro ipse Justinus Christianos defendens contra atheismi crimen testatur ap. I. c. 6. p. 56: Ἐκεῖνόν τε (τὸν Θεὸν καὶ πατέρα), καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα —, καὶ τὸν τῶν — ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν, πνεῦμά τε τὸ προφ. σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν et c. 13. p. 60: Τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, — τὸν διδάσκαλόν τε — Ἰησοῦν Χρ. — υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε προφ. ἐν τρίτῃ τάξει — μετὰ λόγον (melius legas: μετὰ λόγον i. e. post Logon, ut jam liquet ex verbis seqq.: μ. τὸν ἄτρ. Θεάν) τιμῶμεν.

§. 58.

Justinus attributum ἀγεννησίας ad solum Patrem refert; hic enim non genitus est eamque ob causam Deus est[30]).

---

28) H. e. decussavit eum in universo. Sed verbum χιάζειν ap. Platonem desideratur. Vid. Clausen: l. c. p. 86. sq..

29) Apud Platonem ep. 2. p. 69. (T. XI. ed. B.) legitur: Τὸ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. Agitur h. l. de deo, daemonibus et heroibus. Vid. Baumg.-Crusius: l. c. p. 1000. not. 3., comp. Clausen: l. c. p. 88. not. 43.. Falso igitur non solum multi Patres, sed etiam inter recentiores Cudworth: Syst. intell. p. 669. sq., Brucker: Hist. crit. phil. I. p. 701. sq., Plessing: *Vers. zur Aufkl. d. ält. Alterth.* I. p. 284. sqq. alii existimarunt de trinitate doctrinam ap. Platonem l. l. inveniri. Idem valet de loco ep. 6. p. 91. sq.. Cfr. Martini: *Vers. einer pragm. Gesch. d. Gotth. Chr.* I. p. 112. not. 166. et Ackermann: l. c. p. 44..

30) Ap. II. c. 6. p. 44: Πατρὶ — ἀγεννήτῳ ὄντι. Ap. I. c. 14. p.

Ut autem Jesum Christum Dei Filium esse probet, provocat ad paganorum de diis doctrinam [31]) et reprobat Ebionitarum opinionem, ex qua ille merus homo credebatur, qui electione unctus et Christus factus sit [32]). Neque calculum adjicit sententiae Judaeorum, qui Christum hominem ex hominibus nasciturum et, quando venerit, ab Elia exspectabant unctum iri [33]). Vocat Christum υἱὸν (πρωτότοκον, μονογενῆ) τ. Θεοῦ tum propter majorem dignitatem ac sapientiam in eo conspicuam, tum propter insitam ei naturam divinam [34]). Atque animi inflamma-

61: Deus μόνος ἀγέννητος. Dial. c. 5. p. 223: Μόνος ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος ὁ Θεὸς καὶ διὰ τοῦτο Θεός ἐστιν. Vocatur πατὴρ πάντων s. τοῦ παντὸς s. τῶν ὅλων: ap. I. c. 12. p. 60. A., c. 32. p. 74. B., c. 45. p. 82. D., c. 61. p. 94. A., c. 63. p. 96. B., II. c. 6. p. 44. C., dial. c. 74. p. 299. D., c. 76. p. 301. B.; πατὴρ Ἰησοῦ Χρ.: ap. II. c. 6. p. 45. A., dial. c. 28. p. 241. B., c. 30. p. 247. D., c. 67. p. 291. E., c. 98. p. 324. E.

31) Ap. I. c. 22. p. 67: Τίὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰησοῦς λεγόμενος. Dial. c. 128. p. 357: Χρ. Θεοῦ υἱὸς ὑπάρχων. Ib.: Αὐτὸς ὢν — ἀπὸ τοῦ πατρὸς τ. ὅλ. γεννηθεῖς. Ap. I. c. 21. p. 66. sq.: Τῷ τὸν λόγον, ὅ ἐστι πρῶτον γέννημα τοῦ Θεοῦ, ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς γεγενῆσθαι Ἰησοῦν Χρ. — οὐ παρὰ τοὺς παρ' ὑμῖν λεγομένους υἱοὺς τῷ Διΐ καινόν τι φέρομεν κ. τ. λ.. Excusat Just. in sequentibus hanc Jesu cum filiis Jovis comparationem, quorum facta εἰς διαφθορὰν καὶ παρατροπὴν discentium literis mandata sint. Nam φαῦλοι δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν. Hi enim, ut ap. I. c. 54. p. 89. ait, προεβάλλοντο πολλοὺς λεχθῆναι λεγομένους υἱοὺς τῷ Διΐ κ. τ. λ.. Cf. Baumg.-Crusius: l. c. p. 1031. et Dorner: *Entwicklungsgesch. d. Lehre v. d. Pers. Chr.* p. 25. not..

32) Dial. c. 48. p. 267: Εἰσί τινες — ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου (Christianorum) γένους (i. e. Ebionitae, coll. Euseb. H. E. III. 27.) ὁμολογοῦντες αὐτὸν (Ἰησοῦν) Χριστὸν εἶναι, ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ἀποφαινόμενοι, οἷς οὐ συντίθεμαι. Respondet Trypho c. 49. p. 268: Ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν οἱ λέγοντες ἄνθρωπον γεγονέναι αὐτὸν (Theodor. haer. fab. II. 1.) καὶ κατ' ἐκλογὴν κεχρίσθαι καὶ Χριστὸν γεγονέναι (i. e. post baptismum eum factum esse Christum; coll. Theodor. l. c.) πιθανώτερον ὑμῶν λέγειν τῶν ταῦτα ἅπερ φῄς (de praeexistentia Christi, quam Ebionitae negabant; coll. Euseb. l. c.) λεγόντων.

33) Dial. c. 49. p. 268: Πάντες ἡμεῖς (Jud.) τὸν Χρ. ἄνθρωπον προσδοκῶμεν γενήσεσθαι καὶ τὸν Ἠλίαν χρίσαι αὐτὸν ἐλθόντα. Ib. c. 8. p. 226. B., c. 50. p. 270. E., c. 55. p. 274. sqq., c. 64. p. 287. D., c. 110. p. 336. D. Vid. Dorner: l. c. p. 23. not..

34) Formula υἱὸς τοῦ (ὄντως) Θεοῦ sexcenties occurrit, ut ap. I.

tionem et intimas permotiones redolent haec sublimiora nomina Christo attributa: θεὸς [35]) (quia primogenitus est omnium creaturarum [36])), θεὸς καὶ κύριος [37]), Χριστὸς τοῦ Θεοῦ [38]). Lubentius Martyr ad designandam Christi divinitatem appellatione utitur τοῦ Λόγου, qui aderat una cum Deo (προϋπῆρχε s. συνῆν τῷ πατρὶ tamquam ejus mens: λόγ. ἐνδιάθετος) et ante mundum creatum ex Patris voluntate et consilio genitus est (ἐγέννητο s. προὐβάλλετο s. προῆλθε tamquam attribu-

---

c. 12. sq. p. 60., c. 31. p. 73. A., dial. c. 23. p. 241. B., c. 100. p. 327. B., de res. c. 1.. Πρωτότοκος: ap. I. c. 23. p. 68. C., c. 33. p. 75. C., c. 46. p. 83. C., dial. c. 100. p. 326. E.; μονογενής: dial. c. 105. p. 332. C., fragm. ap. Iren. adv. haer. IV. c. 6. §. 2. (ep. ad Diog. c. 10. p. 500.). — Dial. c. 48. p. 267: Οὐκ ἀπάλλυται τὸ τοιοῦτον (lege τοῦτον, Thirlb.) εἶναι Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ἐὰν ἀποδεῖξαι μὴ δύνωμαι, ὅτι καὶ προϋπῆρχεν υἱὸς τοῦ ποιητοῦ τ. ὅλ., θεὸς ὤν, καὶ γεγέννηται ἄνθρωπος διὰ τῆς παρθένου. Ap. I. c. 22. p. 67: Υἱὸς δὲ Θεοῦ ὁ Ἰησ. λεγόμενος, εἰ καὶ κοινῶς μόνον ἄνθρωπος, διὰ σοφίαν ἄξιος υἱὸς Θεοῦ λέγεσθαι. Ap. II. c. 6. p. 44: Ὁ υἱὸς ἐκείνου. ὁ μόνος λεγόμενος κυρίως υἱὸς, ὁ λόγος. Ap. I. c. 23. p. 68: Ἰησ. Χρ. μόνος ἰδίως υἱὸς τῷ Θεῷ γεγέννηται, λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος. Haec (Ap. II. c. 6) Platonismum sapiunt; cfr. Martini: l. c. p. 42. et Baumg.-Crusius: l. c. p. 1036..

35) Logos vocatur θεός i. e. θεῖος (opponitur ὁ Θεός s. ὁ ὄντως Θεός h. e. supremus Deus: ap. I. c. 13. p. 60. D.) jam apud Alexandrinos secundum Gen. XXXI. 13., ubi vox θεοῦ adj. loco posita est. Cfr. Philo de somn. I. p. 655. ed. M., ubi distinguuntur Λόγος ὁ ἐν καταχρήσει θεός et εἷς ἐν ἀληθείᾳ θεός. Dial. c. 129. p. 358: Ὃς (Deus) — αἴτιός τε αὐτῷ (Χρ.) τοῦ εἶναι — κυρίῳ καὶ θεῷ. Act. mart. c. 1. p. 586. ed. M., ubi Justinus, postquam unum dixit esse Deum, de ejus filio praedicat: Κἀγὼ ἄνθρωπος ὢν μικρὰ νομίζω λέγειν πρὸς τὴν αὐτοῦ ἄπειραν θεότητα. De voc. θεός vid. praeterea dial. c. 34. p. 251. D., c. 56. p. 275. et 276., ubi pro εἷς τῶν τριῶν ἐκείνων καὶ ὁ Θεός ἐστι legendum est cum Semlero (*Vorr. zu Baumg. Unters. th. Streitigkk.* II. p. 50. not. 53.) εἷς — καὶ θεός ἐστι, c. 57.—61. p. 279. — 284..

36) Dial. c. 125. p. 354: Θεοῦ δὲ, ἐκ τοῦ εἶναι τέκνον πρωτότοκον τῶν ὅλων κτισμάτων. Ap. I. c. 63. p. 96: Ὃς (Chr.) καὶ λόγος πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ θεὸς ὑπάρχει.

37) Dial. c. 56. p. 279. A., c. 58. p. 280. C., c. 73. p. 298. D. al..

38) Dial. c. 7. p. 225. B., c. 39. p. 258. A., c. 46. p. 264. C., c. 48. p. 267. C., c. 94. p. 322. C., c. 136. p. 366. C.. Jam in V. T. Christus κύριος τῶν δυνάμεων vocatur: dial. c. 33.—37. p. 250.—255., c. 85. p. 311. A.

tum divina forma hypostatica indutum: λόγ. προφορικός), ut per eum initio omnia conderentur ornarenturque. Nec ille est Virtus (δύναμις), quam Pater modo emittit, modo ad se ipsum reflectit, sed propria persona utitur, a genitore diversa quidem numero (ἀριθμῷ), non tamen voluntate (γνώμῃ), summo Deo subordinata (μετὰ τὸν Θεόν) et secundo loco (ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ) ab hominibus colenda (προσκυνητός) [39]).

§. 59.

Doctrina de Spiritu sancto, peculiari numine divino, cui natura sit per se subsistens, originem habet a formula baptismi male intellecta. Distinguit etiam Justinus [40]) Spiritum (attributum hypostaticum) a Filio Dei. Qui hoc negarunt [41]), eos primum fefellit [42]), quod nonnulli effectus pariter Logo et Spiri-

39) Hoc pluribus exposuimus §. 45. et 46. init..

40) Neander: *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I. 3. p. 693: *Die Realität u. obj. Wesenheit d. heil. Geistes konnten sich die Kirchenlehrer, vermöge der Anschauungsweise dieser Zeit — nicht anders festhalten, als wenn sie sich unter demselben ein persönl. selbstständiges Wesen dachten.*

41) Ziegler: *Geschichtsentw. d. Dogma v. h. Geiste*, in Ej. *Th. Abhandll.* T. I. p. 91. sq. et Lange: Diss., in qua Just. M. ap. I. sub exam. voc.. P. II. p. 16. sqq., coll. *Ausführl. Gesch. d. Dogmen* T. I. p. 110. sqq., qui demonstrare studebant, a Justino λόγον et πνεῦμα pro una natura sive, ut philosophi dicunt, pro uno subjecto haberi, optime refutati sunt a quodam Censore anonymo in Ammonii al. *Neues theol. Journ.* 1795. VI. p. 614. sqq. et a Keilio: *Ob d. ält. chr. Lehrer einen Untersch. zw. d. S. u. h. G. gekannt?* in Flatti *Mag. für chr. Dogm. u. Moral* IV. p. 39. sqq. coll. K. opuscc. ed Goldh. p. 504. not. 80.. Sententiam satis explosam Herbigius (De scriptis, quae s. nom. Just. ph. et M. circumf. p. 16.) iterum pronuntiavit, Justinum contendens statuere, Spiritum sanctum esse unum eundemque ac Filium Patris. — Etiam Philo, ut hoc attingam, Spiritum divinum a Logo videtur distinxisse, id quod scite monuerunt (Dähne): *Hall. allg. Lit.-Zeitg.* Juli 1832. p. 361. sq. et W. Grimm: *Üb. d. Buch d. Weish.* (I. 7.), in Ullmanni et Umbr. *Theol. Stud. u. Kr.* 1834. fasc. IV. p. 893. not. a.

42) Lege quae egregie observavit Baumg.-Crusius: l. c. p. 1052. sq.; coll. Niedner Tzsch. *d. Fall. d. Heidenth.* I. p. 252. not. 1., Daniel: l. c. p. 167. sqq. et Ackermann: *Beitrag zur th. Würdig. der Begr. πν., νοῦς u. Geist*, in Ullmanni et Umbr. *Theol. Stud. u. Kr.* 1839. fasc. IV. p. 932. sq..

tui attribuuntur: Logos enim, quum vim exsereret in prophetarum animos, eodem munere fungebatur atque πνεῦμα Θεοῦ s. ἅγιον (προφ.) πνεῦμα (Ap. I. c. 33. p. 75., II. c. 10. p. 48. sq., coh. c. 35. p. 32., ap. I. c. 31. p. 72.)[43]; praecipue Christi natura humana non solum per λόγον, sed etiam per Spiritum s. creata describitur (Ap. I. c. 66. p. 98., c. 33. p. 75.)[44]. Deinde perperam fucum fecit locus in ap. I. c 33. p. 75. obvius, ubi Justinus respiciens ad Lc. I. 35. ait: Τὸ πνεῦμα καὶ τὴν δύναμιν Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις, ἢ τὸν λόγον i. e. ejus opus et donum; πνεῦμα enim l. c. non ut persona, sed ut effectus et vis a Christo (λόγῳ) originem trahens commemoratur et minus accurate describitur ceu ipse Christus. Huc accedit, quod nomen Spiritus s., quemadmodum in N. T., antiqua Palaestinensis significatio erat ad designandam Christi dignitatem et sublimiorem naturam[45]. Atque Justinum nostrum revera Spiritui divino propriam vitam attribuisse neque eum cum Logo invicem ita permiscuisse, ac si uterque esset una natura, id luce meridiana clarius patescit ex locis duobus insignibus (Ap. I. c. 6. p. 56., c. 13. p. 60.) supra allatis, ubi Pater, Filius et Spiritus ut diversa cultus christiani subjecta memorantur adjiciturque planis verbis, Filio tribui δευτέραν χώραν ac Spiritum (illi subordinatum) ἐν τρίτῃ τάξει coli[46].

---

43) Vid. §. 53. not. 9..

44) Vid §. 46. not. 28. et 29. coll. §. 64.. — Etiam Irenaeus, λόγον et πνεῦμα diserte tamquam duo subjecta, quibus propria vita sit, commemorans, ait adv. haer. I. c. 22: „Nihil indiget omnium Deus, sed et per Verbum et Spiritum suum omnia faciens et disponens et gubernans et omnibus esse praestans.“ Cfr. Keil: *Ob d. ält. chr. Lehrer* etc. p. 42. not. 19..

45) Dial. c. 87. p. 314: Τοῦ πνεύματος δυνάμεις — φησὶν ὁ λόγος ἐπεληλυθέναι ἐπ' αὐτόν, jam quum nasceretur. Coll. ib. p. 315. A.

46) Ipse Langius: *Ausführl. Gesch. d. Dogm.* I. p. 174. coactus est concedere, in dialogo c. Tr. separari Logon a Spiritu. — Justinus quamquam in illo libro multa de divina Filii natura loquitur, tamen nondum adeo necessarium existimat, ut etiam de Spiritus divinitate disputet; quin etiam Tryphoni praeter creatorem universi et Christum ullum adorandum et deum esse neganti (c. 68. p. 293. B. C.) nihil opponit (coll. act. mart. Just. c. 1.).

Sed quaenam est Spiritus natura? Sine dubio Justinus eum ad angelorum numerum retulit; nam quantam exerceat vim in hominum animos bene intelligens, dicit in dial. c. 116. p. 344: Ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ πεμφθεῖσα ἡμῖν (h. e. Spiritus s.) διὰ Ἰησοῦ Χρ., ἐπιτιμᾷ αὐτῷ (sc. διαβόλῳ) καὶ ἀφίσταται ἀφ' ἡμῶν. Est igitur angelus et Jesu Christi minister, per quem hominibus diaboli machinationibus vexatis auxilia mittit. Porro si ad locum notissimum in ap. l. c. 6. p. 56. respexerimus: Ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα — καὶ τὸν τῶν ἄλλων — ἀγγέλων στρατὸν, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα, in aprico est, Spiritum[47]) angelis quidem adnumerari, sed, ut ex verborum collocatione liquet, tamquam eorum praecipuum s. ἀρχάγγελον. Idem censent VV. DD. Baumgartenius Crusius[48]) et Neander, qui recte ita vertit[49]): „*Wir verehren den Sohn Gottes und sow. d. Schaar der übrigen ihm nachfolgenden Engel als insbesondere den heil. Geist;*“ *dieser nämlich zwar in die Klasse der Engel gesetzt, doch erhaben über alle Übrigen.* Hanc sententiam etiam vocabulum ἄλλων mirifice indicat; nam Justino jam in mente erat relatio ad Spiritum propheticum, quippe quem in angelorum numerum adscribere vellet, ita tamen, ut eum quodammodo ab iis secerneret veluti eorum principem. Neque obstat particula τε, ut quisque lubenter concedet[50]). Denique ista ratione etiam difficultas illa,

---

47) Hic Spiritus a Justino jam πνεῦμα προφητικὸν nuncupatur h. e. qui per prophetas locutus est. Haec nominatio respectum habere videtur Platonismi, cujus πνεῦμα — nimirum anima mundi, qua πᾶσα κτίσις περιέχεται (Theoph. ad Aut. I. 5.), quum sit τὸ δι' ὅλου κεχωρηκός (l. c. II. 4., coll. Athenag. leg. c. 6.) — appellabatur δημιουργικόν h. e. mundi opifex. Πν. contra προφ. erat Spiritus, quia non externam, sed intestinam vim et efficacitatem exerceret. Cfr. Baumg.-Crusius: l. c. p. 1054. not. 1..

48) L. c. not. 3.. Jam G. Clerke (Sam. Crell? Vid. Hasselbach loco mox citando, coll. p. 332.) Spiritum s. l. l. ita cum Angelis conjungi dicit, ac si unus eorum sit et quidem praecipuus s. ἡγεμονικός, neque huic sententiae verborum ordinem repugnare.

49) L. l. not. 2.. Adstipulatur Junius: l. c. p. 79..

50) Etenim in part. τε, prout in Lat. „que“ adjunctiva inest vis;

quod nempe Justinus Spiritum s. tamquam angelis inferiorem quarto loco posuerit [51]), facillime evanescet [52]).

Primarium τοῦ θείου ἁγίου προφητικοῦ πνεύματος (Ap. I. c. 32. p. 73. C.) opus celebrat Martyr prophetarum inspirationem [53]) et dona spiritualia in ecclesia christiana. Jam prophetis singulae Spiritus dotes tributae erant; nam sapientiae (σοφίας) spiritum Salomo habebat, intelligentiae (συνέσεως) et consilii (βουλῆς) Daniel, fortitudinis (ἰσχύος) et pietatis (εὐσεβείας) Moses, timoris (φόβου) Elias, scientiae (γνώσεως) Jesaias, atque alii similiter aut singulas quisque virtutes aut vicissim cum alia quapiam conjunctas habuere, velut Jeremias et duodecim et David et ceteri omnino, quicunque apud Judaeos exstiterunt prophetae (Dial. c. 87. p. 314. E. 315. A.). Postquam autem advenit Jesus, in quo singulae Spiritus sancti virtutes conjunctae sunt [54]), nullus apud Judaeos exstitit propheta. Christiani per Christi nomen baptismo illuminati dona Spiritus accipiunt pro sua quisque dignitate [55]). Quare apud eos videre est mulieres

---

adeas Hermannum ad Eurip. Med. p. 331. et ad Viger. p. 833., coll. Zumpt: *Lat. Gramm.* §. 333.. *Daſs aber* — recte observat Winerus: *Gramm. d. n. t. Sprachid.* ed. 4. p. 412. — *letzteres* (τε) *gerade eine Vorstellung von geringerem Gewicht anschlieſse, folgt nicht vgl. Il. I.* 5. — *vielmehr hebt sich das mit τε Angefügte oft sichtbar hervor.* Quod si Justinus exprimere noluisset, haud scio an pro τε, ut antea, particula καὶ usus fuerit.

51) Rössler: *Lehrbegr. d. chr. K. in d. erst.* 3 *Jahrh.* p. 108..

52) Male igitur Neandro repugnarunt Möhler: *Tüb. th. Quartalschr.* 1833. fasc. I. p. 49. sqq. (coll. contra hunc: *Rechtfert. seiner Ausleg. d. St. Just. Ap. I. 6. von D. A. Neander*, in Ullmanni et Umbr. *Th. Stud. u. Kr.* 1833. fasc. III. p. 772. sqq.), Georgii: *Dogm. Unters. üb. d. Lehre vom h. Geist bei Just. d. M.*, in Stirmii *Stud. d. ev. Geistl. Würtemb.* 1838. X. 2. p. 85. sqq. et Hasselbach: *Noch ein Wort üb. d. Stelle in Just. d. M. Ap.* I. p. 56. ed. Col., in Ullm. et Umbr. *Th. Stud. u. K.* 1839. fasc. II. p. 377. sqq.. Quo jure autem Neander l. c. p. 773. Spiritum s. a Justino omnium primum Logi γέννημα introduci contendat, equidem nescio. Vid. Georgii: l. c. p. 100. sqq..

53) Cf. supra §. 53. (p. 115.).

54) Dial. c. 87. p. 314. sq.; erat Chr. (ὁ Λόγ.) πρώτη δύναμις μετὰ τὸν πατέρα (Ap. I. c. 32. p. 74. B.).

55) Dial. c. 87. p. 314: *Μετ' ἐκεῖνον οὐδεὶς ὅλως προφήτης παρ'*

et viros, qui dona a Spiritu habent; hic enim accipit spiritum sapientiae, ille consilii, fortitudinis alius, alius curationis, alius praecognitionis, alius doctrinae, alius timoris Dei [56]). Praecipue nunc apud solos Christianos dona exstant prophetica, ex quo Judaei intelligere debent, quae apud ipsos olim fuissent, ea in illos esse translata. Attamen quemadmodum apud Judaeos praeter sanctos prophetas falsi exstiterunt, sic ejusmodi homines apud Christianos versantur; istos autem ut caverent, praemonuit Dominus ita, ut nihil praeter exspectationem et improviso sit eventurum [57]).

ὑμῖν (Jud.) γεγέννηται. Coll. c. 52. p. 272. B. Ib. c. 87. p. 315: Ἀνεπαύσατο οὖν, τουτέστιν ἐπαύσατο, ἐλθόντος ἐκείνου μεθ' ὃν τῆς οἰκονομίας ταύτης τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτῷ γενομένης χρόνοις παύσασθαι ἔδει αὐτὰ ἀφ' ὑμῖν, καὶ ἐν τούτῳ ἀνάπαυσιν λαβόντα, πάλιν ὡς ἐπεπροφήτευτο γενήσεσθαι δόματα, ἃ ἀπὸ χάριτος τῆς δυνάμεως τοῦ πνεύμ. ἐκ. τοῖς ἐπ' αὐτὸν πιστεύουσι δίδωσιν, ὡς ἄξιον ἕκαστον ἐπίσταται. Ib. c. 39. p. 258: Οἱ (Chr.) λαμβάνουσι δόματα ἕκαστος, ὡς ἄξιοί εἰσι, φωτιζόμενοι (baptismo) διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ.

56) Dial. c. 88. p. 315: Παρ' ἡμῖν ἐστιν ἰδεῖν καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας, χαρίσματα ἀπὸ τοῦ πνεύματος τόῦ Θεοῦ ἔχοντας. Ib. c. 39. p. 253: Ὁ μὲν γὰρ λαμβάνει συνέσεως πνεῦμα, ὁ δὲ βουλῆς, ὁ δὲ ἰσχύος, ὁ δὲ ἰάσεως, ὁ δὲ προγνώσεως, ὁ δὲ διδασκαλίας, ὁ δὲ φόβου Θεοῦ. Haec erat illa gratia spiritus septiformis, quae vocabatur posthac, originem ducens ex Jes. XI. 2. (coll. dial. c. 87. p. 314. B.). Cfr. Neander: *Denkwürdigk. aus d. Gesch. d. Christenth.* I. 2. p. 60.. Idem vir celeberrimus l. c. p. 157. de illo Justini loco observat: *Wir finden hier diejenigen Geistesgaben, welche etwas sinnlich Auffallendes, ein Wunder in der Erscheinungswelt hervorbrachten, mit denen zusammengestellt, welche von keinen solchen auch dem sinnlichen Menschen auffallenden Wirkungen begleitet waren; denn nicht dieſs sinnlich auffallende Wunder war, nach dem apostolischen Begriffe, wie dem Begriffe der ersten Kirche, das Wesentliche bei dem Charisma, sondern die innere unsichtbare Wirkung des göttlichen Geistes.*

57) Dial. c. 81. p. 308. B. dixerat Justinus, Joannem prophetae apud Christianos munere perfunctum fuisse; occasione igitur nata ib. c. 82. p. 308. haec addit: Παρὰ γὰρ ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν· ἐξ οὗ καὶ αὐτοὶ (Judaei) συνιέναι ὀφείλετε, ὅτι τὰ πάλαι ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα εἰς ἡμᾶς μετετέθη κ. τ. λ.. Respexit hunc loc. Euseb. H. E. IV. 18..

CAPUT VI.

JUSTINI DE NATURIS INTELLIGENTIBUS DECRETA [1]).

A. DE ANGELIS ET DAEMONIBUS.

§. 60.

Angeli (docet Justinus [2])) minime sunt δυνάμεις, modo e Deo prosilientes, modo in eum revertentes, sed revera personae, quae semper manent neque dissolvuntur in id, ex quo exstitere [3]). Quia vero sunt αὐτεξούσιοι, facultatem habent in utramque partem se vertendi, sed recto dumtaxat libertatis usu dignos se praebent illa qua fruuntur beatitate [4]). Corpore nequaquam destituti, non quidem crassis, verum subti-

---

1) Neander: *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I. 3. p. 694: *Das Christenth. setzte die Anthropologie in Verbindung mit d. Geisterlehre (Pneumatologie), insofern es dem Menschen dieselbe vernünftig sittliche Natur, wie allen höhern Geistern, und dieselbe Bestimmung zuschrieb, den Menschen von der einen Seite als den Genossen einer heiligen, seligen Geisterwelt, der er schon hienieden seinem innern Leben nach angehört, darstellte, von d. and. Seite auch den Ursprung des moralisch Bösen bis in diese Geisterwelt zurückführte.*

2) Et ita quidem docet, ut in multis Platonicum cognoscas, id quod jam Buddeus: Theol. dogm. p. 439., Wernsdorfius in exerc. post alleganda p. 2. sqq. alii monuerunt.

3) Dial. c. 128. p. 358: Ὁ πατὴρ, ὅταν βούληται, λέγουσι, δύναμιν αὐτοῦ προπηδᾷν ποιεῖ καὶ, ὅταν βούληται, πάλιν ἀναστέλλει εἰς ἑαυτόν. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀγγέλους ποιεῖν αὐτὸν διδάσκουσιν· ἀλλ' ὅτι μὲν οὖν εἰσὶν ἄγγελοι καὶ ἀεὶ μένοντες καὶ μὴ ἀναλυόμενοι εἰς ἐκεῖνο, ἐξ οὗπερ γεγόνασιν, ἀποδέδεικται.

4) Ap. II. c. 7. p. 45: Αὐτεξούσιον τό τε τῶν ἀγγέλων γένος καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν ἐποίησε ὁ Θεός. Dial. c. 88. p. 316: Βουλόμενος γὰρ τούτους ἐν ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ αὐτεξουσίους γενομένους, τούς τε ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὁ Θεὸς πράττειν ὅσα ἕκαστον ἐνεδυνάμωσε δύνασθαι ποιεῖν, ἐποίησε, εἰ μὲν τὰ εὐάρεστα αὐτῷ αἱροῖντο καὶ ἀφθάρτους καὶ ἀτιμωρήτους αὐτοὺς τηρῆσαι· ἐὰν δὲ πονηρεύσωνται, ὡς αὐτῷ δοκεῖ ἕκαστον κολάζειν. Ib. c. 141. p. 370: Βουλόμενος τοὺς ἀγγ. καὶ τοὺς ἀνθρ. ἕπεσθαι τῇ βουλῇ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ἐβουλήθη ποιῆσαι τούτους αὐτεξουσίους πρὸς δικαιοπραξίαν μετὰ λόγου τοῦ ἐπίστασθαι αὐτοὺς, ὑφ' οὗ γεγόνασι π. τ. λ..

lioribus tamen et tenuioribus corporibus praediti sunt [5]), ut inde apparet, quod multi angeli concubitu cum hominum filiabus lapsi ab eoque tempore vaporibus fructi sunt sacrificiorum sibi oblatorum. Huc accedit, quod angeli boni (ἀγαθοὶ, ap. I. c. 6. p. 56. C.), licet non egeant terrestri cibo, tamen utuntur alimoniis, quippe manna, quo Israelitae in deserto olim alebantur [6]). Deus autem, qui universum mundum creavit et gubernat, hominum et singularum rerum curam angelis attribuit, quos huic muneri praefecit [7]). Sic etiam usus est angelo Gabriele, ut Mariae laetum afferret nuntium (Ap. I. c. 33. p. 75. A., dial. c. 100. p. 327. D.), adorant angeli Deum (Dial. c. 130. p. 359. C.) Christumque, cui ministrent, concomitabuntur in altero glorioso ejus adventu (Ap. I. c. 52. p. 87. B., dial. c. 31. p. 247. E.).

Sed jam indagemus, de cultu angelorum quid Justinus statuerit. In quaestionem vocandus est nobilis ille lo-

5) Locos Platonis de eadem re collegit Tennemann: *Syst. d. Plat. Phil.* III. p. 163..

6) Dial. c. 57. p. 279: *Ἐν τοῖς οὐρανοῖς — τρεφόμενοι, κἂν μὴ ὁμοίαν τροφὴν, ἥπερ οἱ ἄνθρωποι χρώμεθα, τρέφονται· περὶ γὰρ τῆς τροφῆς τοῦ μάννα, ἣν ἐτράφησαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἡ γραφὴ οὕτω λέγει, ὅτι ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγον.* Vid. Keil: Opuscc. acad. ed. Goldh. p. 536. sq..

7) Ap. II. c. 5. p. 44: *Ὁ Θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας* (Fragm. ap. Iren. adv. haer. IV. c. 6. §. 2: „Qui [sc. Deus] et hunc mundum fecit et nos plasmavit et omnia continet et administrat") — *τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν προνοιαν ἀγγέλοις, οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν.* Haec ex schola Platonis (Polit. p. 34., de leg. IV. p. 180., conv. p. 229. et 239. ed. Bip.), qui universam providentiam Enti summo, daemonibus autem i. e. diis inferioribus administrationem sphaerae nostrae commisisset, sumta esse bene jam observarunt Brucker: Hist. crit. phil. III. p. 377., J. G. Pertsch: Philosophumena doctorum ecclesiae de geniis, ang. etc. p. 5. et Rössler: *Bibl. der K. V.* I. p. 202. not. 24., coll. Ackermann in Ullmann et Umbr. *Th. Stud. u. Kr.* 1839. fasc. IV. p. 912. sq.. Similia leguntur in libro Henochi, etiam hac in re Alexandrinam philosophiam ex Platonica haustam redolente. Cfr. Hoffmann: *Das Buch Henoch.* II. p. 690. not. 96.. Inde Fabricius (Cod. pseudepigr. V. T. I. p. 167., coll. Corrodi: *Krit. Gesch. d. Chiliasm.* II. p. 78.) Justinum usum fuisse illo libro perperam putat, ut probe notavit Hoffmann: l. c. p. 389. sq..

cus, in quo interpretando VV. DD. multimodis ingenii acumen exercuerunt; sic fere exstat in ap. I. c. 6. p. 56: *Ἐκεῖνόν τε* (sc. *πατέρα δικαιοσύνης*) *καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες.* Ac primum quidem nullatenus potest probari ea explicandi ratio, qua *ἀγγέλων στρατὸν* atque *ἡμᾶς* copulantur cum *διδάξαντα*, ut Christus non homines modo, sed etiam angelos dicatur docuisse [8]). Ubinam Christus angelos tale quid docuit? Quo tandem consilio Justinus hanc sententiam nunc proposuisset? Nonne ei pro *ἡμᾶς ταῦτα* scribendum *ταῦτα ἡμᾶς* fuisset [9])? Porro non placet haec verborum interpretatio, qua *ἀγγέλων στρατὸν* et *ταῦτα* pendent a *διδάξαντα* vertiturque hac ratione: Filius Dei nos non solum de his, sed etiam de angelis edocuit [10]). Quae si voluisset Martyr, scribendum erat: *Καὶ διδ. ἡμᾶς καὶ ταῦτα καὶ τὸν τῶν ἄλλων — ἀγγ. στρατὸν* vel *τὸν διδ. ἡμᾶς καὶ ταῦτα καὶ τὸν τῶν κ. τ. λ.* [11]). Et quis est in literis graecis tam peregrinus, quin

8) Ita locum illum insignem interpretati sunt Dallaeus: Adv. Latinorum de cultus relig. objecto traditionem I. p. 38. sq., Nifanius: Just. ph. et M., exh. verit. ev. testis. p. 70. („Non accusativus copulari debet cum sanctissimae Trinitatis personis Patre et Filio, quod impium est et nefas."), Grabius et Thalem. ad l. l., quos nuper secutus est Gieseler: *Übers. d. neuest. kirchenh. Lit.*, in Ullmanni et Umbr. *Th. Stud. u. Kr.* 1833. fasc. IV. p. 1164. et Herbig: De script., quae s. nom. Just. ph. et M. circumf. p. 18. sq.. Alios ejusd. sententiae affert Keil: l. c. p. 555. not. 24..

9) Quare Jo. Langus, qui hoc recte cognovit, sed nihilo secius angelos a Christo edoctos putat (v. Georgii in Stirmii *Stud. d. ev. Geistlichk. Würtemb.* 1838. X. 2. p. 74. sq.), ac si vocula *ταῦτα* ante *ἡμᾶς* posita sit, sic vertit (p. 56. ed. Col.): „Atque ista nos et aliorum — bonorum angelorum exercitum docuit" i. e. *und hierüber hat er uns u. die Engel unterrichtet.* Vid. quae praeterea contra hanc interpretationem monuit Hasselbach in libro post allegando p. 344. sqq..

10) Ita G. Bullus: Defensio fidei Nicaenae, Opp. ed. J. E. Grabe, Lond. 1703. p. 70. sq., Rössler: *Biblioth. der K. V.* I. p. 106. coll. *Lehrbegr. d. chr. K.* etc. p. 107. sq., Möhler: *Tüb. theol. Quartalschr.* 1833. fasc. I. p. 56. sqq..

11) Vid. Achterfeldti al. *Zeitschr. für Phil. u. kathol. Theol.* 1833. fasc. V. p. 94: *Denn nur durch ein solches Entsprechen der Par-*

cognitum habeat, nullo modo dici posse διδάσκειν τινα στρατὸν ἀγγέλων pro (τὰ) περὶ τοῦ στρατοῦ ἀγγ.[12])? Ubi denique Christus illud docuit? Nonne exspectaveris, Justinum, posteaquam Christianos nullo cultu malos afficere angelos dixerat, esse perrecturum, bonos ab illis coli angelos? Restat nonnullorum[13]) mera et inanis conjectura, qua pro στρατὸν legitur στρατηγὸν, ut Christus dux appelletur angelorum. Sed στρατὸν jam commendatur simili loco apud Athenagoram (Leg. pro Chr. c. 10.), cujus θεολογικὸν μέρος etiam πλῆθος ἀγγέλων continet. Nonne porro, si vox στρατηγὸν ne uno quidem confirmata Codice recipitur, aut particula καί post ταῦτα esset delenda, aut legendum: Καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα καὶ ἄλλων — ἀγγέλων στρατηγὸν ὄντα? Quae quum ita sint, juvat accedere iis, qui verba καὶ τὸν τῶν ἄλλων — στρατόν sic pendere censent a σεβόμεθα, ut revera de angelorum cultu disseratur[14]). Diligenter enim totus

---

tikeln καὶ - καί würde es möglich, die beiden Objecte, ταῦτα u. στρατόν, auf das Partic. διδάξαντα zu beziehen.

12) Bene disseruit de constructione verbi διδάσκειν Georgii l. c. p. 73. sq.; adde Achterfeldti al. *Zeitschr.* l. c..

13) Nimirum Gruneri (Institutt. theol. dogm. p. 97.) et aliorum, quos Keilius, ejusdem conjecturae defensor, l. c. p. 556. not. 28. laudat. Quin imo novam conjecturam addit Münterus (*Handb. d. ält. chr. D.G.* ed. Evers II. 1. p. 7. not. 1.), qui, ut mutato vocabulo στρατὸν in στρατηγὸν omnes difficultates removeat, etiam ἄλλων mutari vult in ἁπάντων. Quod si cui placuerit, ego non invidebo.

14) Id comprobant inprimis Maranus: Ed. opp. Just. praef. P. II. p. XXI. sq., Semler: *Vorr. zu Baumg. Unters. th. Streitigkk.* II. p. 45. sqq., Göz: *Just. d. M. zw. Ap.* p. 200. sqq., Lumper: Hist. theol.-crit. II. p. 160. sq. et 225. sqq., Martini: *Vers. einer pragm. Gesch. d. Dogma v. d. Gotth. Chr.* I. p. 50. not. 65., Lange: Expos. argum., quibus patres apol. rel. chr. a culpa atheismi ei obj. defenderunt, in Illgeni *Hist.-theol. Abhandll.* II. p. 146. sq., Braun: Ed. apoll. p. 84. sq., Neander in Ullmanni et Umbr. *Th. St. u. Kr.* 1833. fasc. III. p. 774. sqq., Anonymus quidam: *Über Just. Ap.* I. 6., in Achterfeldti al. *Zeitschr.* l. c. p. 91. sqq., Baumg.-Crusius: *Lehrb. d. chr. D.G.* II. p. 1054. not. 3., Hase: *Lehrb. d. ev. Dogm.* ed. 2. p. 220., Schultheß: *Engelwelt* etc. p. 179. sqq., Georgii: l. c. p. 76. sqq., Hasselbach: *Noch ein Wort üb. Just. d. M. Ap.* I. p. 56., in U. et U. *Th. Stud. u. Kr.* 1839. fasc. II. p. 329. sqq., Reithmayr: Möhler *Patrologie* I. p. 240..

sententiarum nexus l. c. examinandus est: Justinus conqueritur, quod Christiani sine justa causa accusentur et vehementius premantur. Calumniarum vexationumque auctores dicit esse pravos daemones, qui divinum sibi honorem vindicaverint apud paganos; Christianos vero, quia daemones deos non agnoscant, ἀθέους vocari. Ut igitur atheismi crimine liberentur, studet demonstrare eos praeter supremum Deum alia quoque numina profiteri et adorare. Etiamsi ad angelos respiciens verbis προσκυνεῖν et σέβεσθαι synonymice conjunctis utitur, observandum tamen est, apud eum, singula doctrinae christianae capita satis simpliciter exponentem, nullam philosophicam δογμάτων ἀκριβείαν inveniri et l. c. universe de cultu majoribus numinibus debito esse sermonem. Ceterum etiam Athenagoras in simili causa ait Leg. pro Chr. c. 10: *Τίς οὖν οὐκ ἂν ἀπορήσαι, λέγοντας θεὸν πατέρα καὶ υἱὸν θεὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον — ἀκούσας ἀθέους καλουμένους; καὶ οὐκ ἐπὶ τούτοις τὸ θεολογικὸν ἡμῶν ἵσταται μέρος, ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν φαμέν* (i. e. agnoscimus) *κ. τ. λ.* [15]). Atque concilii Laodicensis Canon XXXV., quo disertis verbis damnatur angelorum cultus tamquam *κεκρυμμένη εἰδωλολατρεία*, profecto non fuisset constitutus, nisi eorum cultores exstitissent [16]). Postremo illud *διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα* neque referri potest ad id, quod antea de malis spiritibus expositum erat, nam ne verbum quidem dixit Christus de paganorum deorum origine, neque spectat in universum ad eruditionem de religione christiana acceptam, sed ad id, quod modo de Christianorum Deo erat explicatum, utpote qui alius esset atque illi ethnicorum *νομιζόμενοι θεοί*, nimirum *ἀνεπίμικτος τῆς κακίας* et *ἀληθέστατος* et *πατὴρ δικαιοσύνης καὶ σοφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν*.

15) De Origene, qui etiam angelos adorandos existimabat, ut pluribus exposuit Hasselbach l. c. p. 855. sqq., jam Semler l. c. p. 184. not. 189. probe ait: *Es ist — daran nichts gelegen, daſs er an Engel, denen er so vielerlei Beschäftigungen zutraute, etwa einmal ein klein Gebetchen oder fanatisch Compliment gemacht hat. Die Protestanten haben wirklich nicht nöthig, es mit groſsem Eifer zu läugnen.*

16) J. B. Carpzov: Varia historia Angelicorum ex Epiphanio et al. Vett. monumentis eruta p. 25. sqq..

§. 61.

Jam vero ad Justini DAEMONOLOGIAM transgrediamur. Diabolus enim s. Satanas [17]) et mali Angeli (φαῦλοι s. πονηροὶ ἄγγελοι), initio a Deo boni creati et αὐτεξούσιοι, libertatis abusu improbi facti sunt [18]). Gravissimum autem diaboli, malignorum angelorum principis, qui etiam Serpens (ὄφις) vocatur, peccatum in eo cernitur, quod protoplastos decepit et a recta via abduxit; horum enim salutis invidia impletus falsam de diis informationem praeparavit, quatenus primis hominibus se deos esse persuadere conabatur. Quamobcausam de coelo ejectus est [19]). Peccatum ceterorum malorum angelorum hoc

---

17) Dial. c. 103. p. 331. perperam σατανᾶς a שִׂטְנָן et נָחָשׁ derivatur: *Τὸ γὰρ σατᾶν τῇ Ἰουδαίων καὶ Σύρων φωνῇ ἀποστάτης ἐστί· τὸ δὲ νᾶς ὄνομα, ἐξ οὗ ἡ ἑρμηνεία ὄφις ἐκλήθη, ταὐτό ἐστι κατὰ τὴν Ἑβραίων ἑρμηνευθεῖσαν φωνὴν* (vitiosa videtur lectio MSS. *ταὐτόν ἐστι σατᾶ τῇ Ἑβ. ἑρμ. φωνῇ)· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων ἓν ὄνομα γίνεται σατανᾶς.* Cf. Rehling: De Samaritan. et Hebr. Just. M. p. 17. sq. et Zastrau: De Just. bibl. studiis P. I. p. 14. not. 13..

18) Dial. c. 140. p. 370: *Οὐκ αἰτίᾳ τοῦ Θεοῦ — ἄγγελοι — γίνονται φαῦλοι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος αἰτίᾳ τοιοῦτοί εἰσιν, ὁποῖος ἕκαστος φανήσεται.* Ib. c. 79. p. 305: *Πον. ἀγγ.* Comp. §. 60. not. 4.. Multa eadem ratione de hac re docuit TATIANUS, Justini discipulus; v. Daniel: *Tat. d. Apol.* p. 190. sqq..

19) Dial. c. 103. p. 331: *Διάβολον, ὃν Μωσῆς μὲν ὄφιν καλεῖ.* Ib. c. 125. p. 354. E.. Ap. I. c. 28. p. 71: *Ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων ὄφις καλεῖται καὶ σατανᾶς καὶ διάβολος.* — Dial. c. 124. p. 353: *Εἴρηται, ἰδοὺ δὴ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε* (Ps. LXXXII. 7.), *ἵνα δηλώσῃ καὶ τὴν παρακοὴν τῶν ἀνθρώπων, τοῦ Ἀδὰμ λέγω καὶ τῆς Εὕας καὶ τὴν πτῶσιν τοῦ ἑνὸς τῶν ἀρχόντων, τουτέστι τοῦ κεκλημένου ἐκείνου ὄφεως, πεσόντος πτῶσιν μεγάλην διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὕαν κ. τ. λ.*. Coh. c. 21. p. 19. sq.: *Δαίμων* invidus (*Δ. βάσκανος*: c. 38. p. 36. C., de mon. c. 1. p. 103. B.) — *θεοὺς ὀνομάζων τοὺς μὴ ὄντας, ἵνα οἱ ἄνθρ. οἰηθέντες καὶ ἑτέρους εἶναι θεοὺς, καὶ ἑαυτοὺς δύνασθαι γενέσθαι θεοὺς πιστεύσωσι. — Τὸ τῶν θεῶν ὄνομα καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἐξ αὐτῶν γεν. ἀνθρώποις παρέδοσαν. Αὕτη τοίνυν πρώτη περὶ θεῶν ψευδὴς φαντασία.* De mon. c. 1. p. 103. sq.: *Θεῷ πρέπον ὄνομα ἐπὶ θνητοὺς μεταφέρ.. — οἱ πάνν* (per diabolum incitati etiam apud paganos: dial. c. 69. p. 294. E.) *τὸν τῶν εἰδώλων θρησκείας* (*εἰδωλολατρείας* dial. c. 94. p. 322. A.) *νόμον τοῖς πολλοῖς παρέδοσαν.* Dial. c. 69. sq. p. 294.—297.. Vid. Baumg.-Crus.: l. c. p. 988. not. 3..

continetur, quod, quum iis hominum cura fuisset tradita, ordinem institutum praetergressi in stupra cum feminis humanis prolapsi sunt filiosque procrearunt eos, qui Daemones (*δαίμονες, δαιμόνια* s. *φαῦλοι, κακοὶ, ἀνόσιοι, πονηροὶ δαίμ.*) appellantur.

Hoc ex tempore, quo cupiditatum morbis emancipati sunt, pristinam amiserunt dignitatem [20]) et sacrificiorum vaporibus coeperunt egere. Inde non modo genus humanum in servitutem sibi addixerunt scriptis magicis, terroribus, sacrificiis, libaminibus aliisque malis artibus, verum caedes etiam, bella, adulteria, flagitia, omne vitiorum genus proseminarunt (Ap. II. c. 5. p. 44. B. C., c. 10. p. 58. D. E.) ac terricula sic monstrarunt, ut ab hominibus, metu perculsis et mala daemonia esse ignaris, dii appellarentur et divino afficerentur honore [21]). Quod

---

20) Ap. II. c. 5. p. 44: *Οἱ ἄγγελοι, παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν* (i. e. hominum *πρόνοιαν*), *γυναικῶν μίξεσιν ἡττήθησαν καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες.* Ap. I. c. 5. p. 55: *Δαίμ. φαῦλοι.* Ib. p. 56: *Δ. ἀνόσιοι.* C. 9. p. 57: *Δ. κακοί.* C. 66. p. 98: *Δ. πον.* Dial. c. 73. p. 298: *Δαιμόνια* (L. Usteri: *Entw. d. Paul. Lehrbegr.* etc., ed. 3. p. 236. sq.). Dial. c. 79. p. 305. C. Gottl. Wernsdorf: Exerc. de commercio angelorum cum filiabus hominum ab Jud. et Patribus platonizantibus credito. Viteb. 1742. 4. p. 16. et alii, quorum nomina affert Keil l. c. p. 574. not. 45., non male hanc sententiam ex fonte derivant Platonico. Cf. praeterea Hoffmann: l. c. I. p. 126. not. 17. et p. 200. not. 40.

21) Quare Justinus saepenumero gentilium numina omnia dicit daemonia esse, hanc opinionem firmans loco Ps. XCVI. 5. secundum versionem *τῶν ο'*. Eo consilio hunc locum inducit Trypho in dial. c. 55. p. 274. C. D. et Martyr ib. c. 73. p. 298. de Christo haec habet: *Ὃν καὶ σεσῶσθαι ἀναστάντα ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ τὸ πν. τὸ ἅγ. λέγει, μηνύον ὅτι οὐκ ἔστιν ὅμοιος τοῖς τῶν ἐθνῶν θεοῖς· ἐκεῖνα γὰρ εἴδωλά ἐστι δαιμονίων* (coll. de res. c. 5.) idque ut accuratius demonstretur, integrum deinde *ψ'*. laud. recitat. Ib. c. 79. p. 306: *Καὶ Δαβὶδ ὅτι οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια εἶπεν, ἐπίστασθε.* Quomodo locum istum intellexerit et usurpaverit, liquet ex c. 83. p. 309. sq.: *Ἡμέτερος Ἰησοῦς, οὐδέπω ἐνδόξως ἐλθὼν, ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἰερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε, τὸν λόγον τῆς κλήσεως καὶ τῆς μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα, ὅπου τὰ δαιμόνια ἀπεκυρίευεν αὐτῶν, ὡς φησὶ Δαβὶδ, οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια κ. τ. λ.* Cfr. Keil: l. c. p. 602., Baumg.-Crusius: l. c. p. 982. not. 2. et Georgii in Illg. *Zeitschr. für hist. Theol.* 1839.

quidem ita factum est, ut isti daemones s. gentilium dii non solum cultus genus praescriberent, verum singuli etiam nomina, quibus volebant designari, patefacerent. Ab iisque repetenda sunt oracula, prodigia, auspicia, alia divinationum genera, quibus metum ethnicis injiciunt et ad se colendos perducunt. Itaque cultus idolorum, a Diabolo pessima humanae felicitatis invidia ducto praeparatus, a malis Spiritibus, sacrificiorum nidore indigentibus, ad omnes homines translatus est. Postquam autem Socrates vera et exquisita ratione haec in lucem proferre hominesque a daemonibus ad unius Dei cultum conatus est reducere, ipsi daemones hominum nequitia gaudentium opera perfecerunt, ut veluti atheus ac impius necaretur, nova ab eo daemonia induci dictitantes. Quod nunc quantumpote contra Christianos moliuntur [22]); effecere enim semper daemones, ut qui quovis modo κατὰ λόγον vivere vitiumque studebant fugere, ii omnes odio haberentur. Minime igitur mirum, si in eos, qui non κατὰ σπερματικοῦ λόγου μέρος, sed κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου h. e. Christi cognitionem et contemplationem vitam instituunt, multa majora convicti daemones odia concitant (Ap. II. c. 8. p. 46. C. D.). Atque permulta quae in religione judaica vel christiana instituta sunt imitantur, suetum ut sibi servent cultum; huc pertinent baptismus in gentilium lotionibus (Ap. I. c. 62. p. 94. E.) et eucharistia in Mi-

---

fasc. IV. p. 65. sqq. et 86.. Conjunctio significationum δαιμονίων et εἰδώλων (Dial. c. 55. p. 274: Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, νομιζόμενοι θεοί, εἴδωλα δαιμονίων εἰσὶν, ἀλλ' οὐ θεοί, coll. c. 73. p. 298. E., ap. I. c. 9. p. 57. C. D., de res. c. 5.) fortasse originem trahit ex Ps. l. c.: Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια et I. Chron. XVI. 26: Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα. Statuae enim daemonum nomina et figuras referunt (Ap. I. c. 9. p. 57. D.). Vid. §. 49. not. 15..

22) Coh. c. 38. p. 36: Ἄνθρωποι — διδασκαλίᾳ βασκάνου δαίμονος (diab.) ἐπὶ τὴν τῶν μὴ θεῶν ἐτράπησαν θρησκείαν. Haec erat prima de idololatria informatio (v. not. 19.). — Ap. I. c. 5. p. 55. sq.: Δαίμονες φαῦλοι, ἐπιφανείας ποιησάμενοι, καὶ γυναῖκας ἐμοίχευσαν κ. τ. λ., καὶ μὴ ἐπιστάμενοι δαίμονας εἶναι φαύλους, θεοὺς προσωνόμαζον καὶ ὀνόματι ἕκαστον προσηγόρευον, ὅπερ ἕκαστος αὐτῷ τῶν δαιμόνων ἐτίθετο κ. τ. λ..

thrae mysteriis (ib. c. 66. p. 98. C.)[23] expressa aliaque vestigia in gentilium sacris et fabulis reperiunda[24].

Non igitur Christiani victimarum copia et florum coronis colunt, quos pagani, postquam effinxere et in fanis collocavere, deos appellarunt (Ap. I. c. 9. p. 57. C.); siquidem idola sunt neque animata neque Dei forma praedita, quae et nomina et figuras referunt malorum illorum daemonum[25]. Qui quidem ob fraudes in homines commissas in aeterno igne inclusi debitas poenas persolvent. Etenim quod jam ab hominibus per nomen Jesu Christi superantur, documento est futuri illis eorumque cultoribus in aeterno igne supplicii. Attamen ante παρουσίαν Christi suam Satanas damnationem non scivit, sed eam demum ex ejus et apostolorum sermonibus manifeste didicit[26]. Quod si Scriptura praedicit omnino quosdam angelos punitum iri, idcirco haec praedicit, quod Deus eos citra ullam immuta-

---

23) De his myst. v. Grabe: Spic. PP. II. p. 240. sq. et Seel: *Die Mithrageheimnisse.* Aarau 1823. 4.

24) Ap. I. c. 62. p. 95: *Καὶ γὰρ τὸ ὑπολύεσθαι ἐπιβαίνοντας τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς αὐτοῖς τοὺς θρησκεύοντας κελεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἱερατευόντων, ἐκ τῶν συμβάντων Μωσεῖ — μαθόντες οἱ δαίμ. ἐμιμήσαντο.* Ib. c. 64. p. 96. sq.: *Καὶ τὸ ἀνεγείρειν δὲ τὸ εἴδωλον τῆς λεγομένης Κόρης ἐπὶ ταῖς τῶν ὑδάτων πηγαῖς ἐνεργῆσαι τοὺς δαίμονας — μιμησαμένους τὸ διὰ Μωσέως εἰρημένον, ἐκ τῶν προειρ. νοῆσαι δύνασθε.— Εἰς μίμησιν οὖν τοῦ λεχθέντος ἐπιφερομένου τῷ ὕδατι πνεύματος Θεοῦ τὴν Κόρην θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν· καὶ τὴν Ἀθηνᾶν δὲ ὁμοίως πονηρευόμενοι θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν. — Καὶ ὁμοίως τοὺς ἄλλους λεγ. υἱοὺς τοῦ Διὸς αἱ πράξεις ἐλέγχουσιν.* Ib. c. 54.— 58. p. 89.—92..

25) De res. c. 5: *Τοῖς εἰδώλοις τὰ ἔθνη τοῖς θεοῖς αὐτῶν — τὰ πάντα δύνασθαι πεπιστεύκασι, δαιμονίοις οὖσι, καθὼς ἡ γραφὴ (ψ' XCVI. 5.) λέγει.* Coll. dial. c. 73. p. 298. E.. Ap. I. c. 9. p. 57: *Ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα* (gent. dii) *γινώσκομεν καὶ Θεοῦ μορφὴν μὴ ἔχοντα· — ἀλλ' ἐκείνων τῶν φανέντων κακῶν δαιμ. καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν κ. τ. λ.* (Ep. ad Diogn. c. 2. p. 494. D. 495.). Vid. §. 49. init..

26) Ap. II. c. 8. p. 46: *Οἱ* (daem.) *τὴν ἀξίαν κόλασιν καὶ τιμωρίαν κομίσονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ ἐγκλεισθέντες κ. τ. λ.*. Ap. I. c. 28. p. 71. A. B.. Fragm. Just. ap. Iren. adv. haer. V. c. 26. §. 2: *Πρὸ μὲν τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ Σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν Θεὸν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν.* Comp. Euseb. H. E. IV. 18..

tionem improbos (ἀμεταβλήτως πονηρούς) futuros praenoverit nequaquam autem quod tales facti sint. Quapropter omnes, quicunque voluerint poenitentiam agere, misericordiam a Deo consequentur (Dial. c. 141. p. 370. C.).

B. DE HOMINIBUS.

§. 62.

Tres hominis essentiales quas dicunt partes Justinus enumerat: σῶμα, ψυχὴν et πνεῦμα, ut corpus sit domicilium animae et anima domicilium spiritûs [27]). Veluti autem statuebat corpus sine anima vivere non posse, sic animam, quae habitaculum spiritus sit [28]), sine hoc spiritu non posse perdurare diserte pronuntiat [29]). Nec improbat eam esse particulam (μέρος) divinae sive regiae mentis (νοῦ s. λόγου θείου, cujus semina quaedam generi humano injecta sunt) Deique exspirationem (ἐμφύσημα). Hac quidem ratione immortalitas tribuitur

27) De res. c. 10. (v. not. 28.). Ad eandem trichotomiam (l. c.: Ταῦτα γὰρ, καὶ πρὸ τοῦ μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, παρὰ Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος ἠκούομεν, v. Ackermann: *Das Christl. im Plato* p. 56.) respicit in dial. c. 6. p. 224. C. (v. not. 29.); cf. Ullmanni et Umbr. *Theolog. Studien u. Krit.* 1828. I. 1. p. 427. sq.. Neque pugnat cum hac partitione locus de res. c. 8.: Τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὸς ζῶον λογικόν (coll. Dial. c. 93. p. 321. B.); Nam, ut omittam, quae jam Keilius l. c. p. 619. sq. exposuit, h. l. aut ψυχὴ latiori sensu accipitur, aut λογικὸν, quum Martyr πνεῦμα interdum minime subtiliter discernat a λόγῳ, fere idem significat atque πνευματικόν (v. §. 59.); coll. ap. II. c. 10. p. 48: Λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι, καὶ σῶμα καὶ λόγον καὶ ψυχήν (v. §. 64. not. 7.).

28) De res. c. 10: Ψυχὴ ἐν σώματί ἐστιν, οὐ ζῇ δὲ ἄψυχον· σῶμα, ψυχῆς ἀπολειπούσης, οὐκ ἔστιν. οἶκος γὰρ τὸ σῶμα ψυχῆς, πνεύματος δὲ ψυχὴ οἶκος. [Ep. ad D. c. 6. p. 497. sq.: Οἰκεῖ μὲν ἐν τῷ σώματι ψυχή. (Dial. c. 40. p. 259. A.) — Ἐγκέκλεισται μὲν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, συνέχει δὲ αὐτὴ τὸ σῶμα.]

29) Dial. c. 6. p. 224: Ὥσπερ ἄνθρωπος οὐ διαπαντός ἐστιν, οὐδὲ σύνεστιν τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, ἀλλ' ὅτε ἂν δέῃ λυθῆναι τὴν ἁρμονίαν ταύτην, καταλείπει ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν· οὕτως καὶ ὅταν δέῃ τὴν ψυχὴν μηκέτι εἶναι, ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς τὸ ζωτικὸν πνεῦμα, καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἔτι, ἀλλὰ αὐτὴ ὅθεν ἐλήφθη, ἐκεῖσε χωρεῖ πάλιν.

animae [30]), per se, quum non ingenita sit, morti obnoxiae; ut enim mundus genitus est, animas quoque genitas esse oportet [31]). Quemadmodum autem Plato, licet mundum per se, quatenus genitus sit, corruptioni obnoxium asserat, tamen futurum testatur Dei voluntate (*διὰ τὴν βούλησιν τ. Θεοῦ*), ut nec solvatur nec in mortis fatum incurrat, ita etiam animae immortalitas simul beneficium est summae Dei gratiae (Dial. c. 5. p. 223.). Animam enim vivere nemo negaverit; sed si vivit, non ideo vivit, quod vita est, sed quod vitae particeps. Vitae autem est anima particeps eo, quod Deus eam vivere vult ita, ut immortalitas sit divinae gratiae donum [32]). Quid? Si mors in statum sensus expertem evaderet neque *αἴσθησις* omnibus, quicunque exstiterunt, remaneret, de lucro id esset improbis, quibus supplicia aeterna reposita sunt [33]); namque piorum animae quum Deo dignae fuerint judicatae, non jam morientur et immortales erunt h. e. vita perenni atque beata fruentur, improborum vero punientur, quamdiu eas esse et puniri Deus voluc-

30) De res. c. 8. adversarios ipsorum armis profligans ait: (*Ψυχὴ*) *ἐστὶν αὐτοῦ* (Dei) *μέρος, ἐμφύσημα αὐτοῦ οὖσα.* Idem legitur in dial. c. 4. p. 221., ubi senis illius haec affirmat verba: *Τίς οὖν ἡμῖν — συγγένεια πρὸς τὸν Θεόν ἐστιν; ἢ καὶ ψυχὴ θεία καὶ ἀθάνατός ἐστι* (coll. ep. ad D. c. 6. p. 498. A.) *καὶ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ βασιλικοῦ* (Plat. Phil. 28.) *νοῦ* (i. q. *λόγου*) *μέρος;* Ib. c. 40. p. 259: *Τὸ πλάσμα, ὃ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, οἶκος ἐγένετο τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ.* Cfr. J. E. Hahn: De Platonismo theologiae vet. eccl. doctorum p. 16. sqq. et Münscher: *Handb. d. chr. D.G.* II. ed. 2. p. 101.; comp. Keil: l. c. p. 688. not. 49..

31) Dial. c. 5. p. 222. sq.: *Οὐδὲ μὴν ἀθάνατον χρὴ λέγειν αὐτὴν* (*ψυχήν*)· *ὅτι εἰ ἀθάνατός ἐστι καὶ ἀγέννητος δηλαδή. — Εἰ δὲ ὁ κόσμος γεννητὸς ἀνάγκη καὶ τὰς ψυχὰς γεγονέναι.*

32) Dial. c. 6. p. 224: *Ὅτι δὲ ζῇ ψυχὴ, οὐδεὶς ἀντείποι. Εἰ δὲ ζῇ, οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ, ἀλλὰ μεταλαμβάνουσα τῆς ζωῆς· ἕτερον δέ τι τὸ μετέχον τινὸς ἐκείνου, οὗ μετέχει· ζωῆς δὲ ψυχὴ μετέχει, ἐπεὶ ζῇν αὐτὴν ὁ Θεὸς βούλεται,* coll. ib. c. 1. p. 218. B. Vid. Baumg.-Crusius: l. c. p. 1078..

33) Ap. I. c. 18. p. 65. sq.: *Ὅπερ* (mors) *εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αἴσθησις πᾶσι γενομένοις μένει, καὶ κόλασις αἰωνία ἀπόκειται.* Dial. c. 5. p. 223: *Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχὰς ἐγώ· ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς.*

rit [34]). Etiam historia edocti sumus, animas post mortem manere. Etenim Samuelis anima a ventriloqua Pythonissa, ut petierat Saulus, evocata est (Dial. c. 105. p. 333. A.). Quin necyomantiae ac incorruptorum puerorum inspectiones et animarum humanarum evocationes, deinde qui apud magos dicuntur somniorum immissores et assessores, nec non omnia, quae a peritis illarum rerum fiunt, denique daemoniaci, furiosi, oracula Amphilochi, Dodonae Pythiae et quaecunque alia ejusmodi pariter atque Empedoclis, Pythagorae, Platonis, Socratis, Ulyssis testimonia luculenter declarant, animas etiam post mortem sensu praeditas esse (Ap. I. c. 18. p. 65. A. B.). Non autem migrant in alia corpora: scirent enim sese ita puniri ac metuerent, ne quid deinceps vel leviter peccarent [35]).

In facultatibus animi humani Justinus maxime praedicat liberum arbitrium (*τὸ αὐτεξούσιον*), quo homo natura neque bonus neque malus est, sed vel honeste vel prave perinde agendi libertate gaudet, ut pro diverso ejus usu suae vel salutis vel perniciei auctor sit. Si enim fato decretum est alium esse bonum, alium malum, neque ille laudandus neque hic vitu-

34) Dial. c. 5. p. 223: *Αἱ μὲν (εὐσεβῶν ψυχαί), ἄξιαι τοῦ Θεοῦ φανεῖσθαι, οὐκ ἀποθνήσκουσιν ἔτι· αἱ δὲ (πον. ψ.) κολάζονται ἕως ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ Θεὸς θέλῃ.* De hoc loco cfr. Rössler: *Bibl. der K. V.* I. p. 141. not. 50. (coll. *Lehrbr. d. chr. K.* p. 202.), et Möhler: *Patrol.* p. 241. sq.; coll. nostri lib. §. 76. not. 106.

35) Dial. c. 4. p. 222: *Οὔτε οὖν ὁρῶσι τὸν Θεὸν αἱ ψυχαὶ, οὔτε μεταμείβουσιν εἰς ἕτερα σώματα· ἤδεισαν γὰρ ἂν ὅτι κολάζονται οὕτως, καὶ ἐφοβοῦντο ἂν καὶ τὸ τυχὸν ἐξαμαρτεῖν ὕστερον.* Alios, qui eodem argumento adv. metempsychosin utuntur, laudat S. Jebb ad h. loc.. Recte Münscher: l. c. p. 104. not. 8: *Er* (Just.) *spricht zwar nach Art derer, die eine Praeexistenz u. Wanderung der Seelen annehmen, allein an einem Orte, wo er sich als ehemaligen Platoniker redend einführt, woraus sich auf seine nachherige christl. Überzeugung desto weniger schliefsen läfst, da sein christl. Lehrer diesen platon. Behauptungen widerspricht.* Idem existimant Rössler: *Bibl.* p. 140. not. 48. et Baumg.-Crusius: l. c. p. 1074. not. 2.. Quare non est, cur Keilius, qui Justinum *μετεμψύχωσιν* magis quam animarum *προϋπαρξιν* statuisse perperam contendit, miretur (l. c. p. 651. not. 12.), quod C. Ph. Conz (*Schicksale d. Seelenwanderungshypoth.*, Königsb. 1791. 8.) Justinum nostrum non inter metempsychoseos defensores enumeraverit.

perandus. Ac rursus nisi humanum genus facultatem habeat libera animi inductione et fugiendi turpia honestaque sectandi, extra noxiam est, quidquid egerit. Suapte sponte hominem aut bene aut male agere sic demonstratur: Hominem eundem in contraria transcurrere videmus; quodsi fato decretum esset, eum vel bonum esse vel malum, non sane contrariorum capax esset nec tam saepe mutaretur, imo vero nullum virtutem inter et vitium esset discrimen [36]). Cujuslibet igitur haec natura est, ut virtutis et vitii sit capax; neque profecto quidquam laudabile faceret, nisi sese in utramque partem vertendi potestatem haberet [37]).

Quid de corpore? Hoc cum anima arcte cohaeret; velut enim in jugo boum, si alter ab altero sejungitur, neuter potest seorsum arare: ita nec anima nec corpus soluto conjunctionis vinculo facere sigillatim quidquam possunt (De res. c. 8. coll. c. 10.). Etiam imago divina, ad quam homo creatus est, ad corporis humani oportet formam et indolem referatur; nam homo teste Gen. I. 26. juxta imaginem Dei formatus etiam carneus est. Nonne igitur absurdum est, carnem, a Deo ad

---

36) Vid. locos in not. 4. laudatos. Adde ap. I. c. 28. p. 71. (v. §. 46. not. 17.): *Λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηνται* (Deus *ἀπὸ μέρους σπερμ. θεῖον λόγον* iis attribuit). Ib. c. 43. p. 80: *Εἰ γὰρ εἵμαρται τόνδε τινὰ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τόνδε φαῦλον, οὔθ' οὗτος ἀποδεκτὸς οὐδὲ ἐκεῖνος μεμπτέος. καὶ αὖ, εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευθέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ δύναμιν ἔχει τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὅπως δήποτε πραττομένων κ. τ. λ.*. Ap. II. c. 7. p. 45: *Οὐδὲ καθ' εἱμαρμένην πράττειν τοὺς ἀνθρώπους ἢ πάσχειν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν προαίρεσιν ἕκαστον κατορθοῦν ἢ ἁμαρτάνειν.* Coll. fragm. ap. Leontium et Joannem Dam. p. 597. sq. ed. opp. Just. Ben..

37) Ap. II. c. 7. p. 45. sq.: *Γεννητοῦ δὲ παντὸς ἦδε ἡ φύσις, κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐπαινετὸν οὐδὲν αὐτῶν, εἰ οὐκ ἦν ἐπ' ἀμφότερα τρέπεσθαι καὶ δύναμιν εἶχε.* Ib. c. 14. p. 51. sq.: *Ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρ. εἶναι τὸ γνωριστὸν καλοῦ καὶ αἰσχροῦ.* De mon. c. 6. p. 109: *Αἱρεῖσθαί τε τὴν τῶν κρεισσόνων ἐκλογὴν κατὰ τὸ ἐπ' ἀνθρώπῳ κείμενον αὐτεξούσιον.* Vid. Keil: l. c. p. 692.. Haec omnia Platonicam philosophiam redolere recte judicant E. D. Colberg: *Platon. - hermen. Christenth.* II. p. 221. et alii, quos affert Keil: l. c. p. 723. not. 43..

imaginem ipsius fabricatam, vilem esse ac nullius pretii dicere? Atqui rem apud Deum aestimatam esse carnem primum quidem inde luculenter apparet, quod ab eo est formata, siquidem imago fictori pictorique suo grata est, deinde vero idem ex reliquo mundi opificio cernere licet; cujus causa enim reliqua facta sunt, id ei omnino qui fecit carissimum est [38]).

§. 63.

Primi homines, quorum felicitas eo continebatur, quod veritatis et cultus uni omnium domino debiti cognitionem acceperant, a serpente h. e. diabolo, illius salutis invido, decepti sunt [39]) horumque peccatum in eo cernitur, quod daemoni illi, gravissimo humani generis hosti, fidem habentes, semetipsos deos, quorum multi essent, fieri posse opinabantur [40]). Obsecuti igitur fraudulento daemoni quum praeceptum Dei, cui non obediebant, violare ausi essent, e paradiso exierunt. Ac deorum quidem nomen in memoria habuere, sed non jam a Deo nullos praeter unum omnium rerum creatorem esse deos edocti sunt; neque enim aequum erat, ut qui primum praeceptum non servassent, quod facile erat ad servandum, ii am-

---

38) Coh. c. 38. p. 36: *Κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ πλασθέντα ἀναλαβὼν* (Chr.) *ἄνθρωπον.* De res. c. 7: *Οὐ φησὶν ὁ λόγος· ποιήσωμεν ἄνθρ. κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν; — Δῆλον οὖν, ὡς κατ' εἰκόνα Θ. πλασσόμενος ὁ ἄνθρ. ἦν σαρκικὸς κ. τ. λ.* (Ep. ad D. c. 10. p. 500: *Οὗς ἐκ τῆς ἰδίας εἰκόνος ἔπλασε.*). Vocabulum *πλάσσειν* ad corpus respicit (Ap. I. c. 9. p. 58. A., dial. c. 40. p. 259. A., coh. c. 30. p. 29. D., de res. c. 5., fragm. ap. Iren. adv. haer. IV. c. 6. §. 2.). Vid. Teller: Ed. fragm. de res. p. XXXII. not. a. Minime claris verbis imago hominum divina ad liberum arbitrium refertur Ap. I. c. 44. p. 81. B. C. et dial. c. 62. p. 285. C.

39) De mon. c. 1. p. 103: *Τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τοπαραχρὴν συζυγίαν συνέσεως καὶ σωτηρίας λαβούσης, εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, θρησκείας τε τῆς εἰς τὸν ἕνα καὶ πάντων δεσπότην κ. τ. λ.* (v. Göz ad h. l. p. 74. not a.). Dial. c. 124. p. 353. (v. not. 19.).

40) Coh c. 21. p. 19., ubi usus esse perhibetur diabolus his verbis: *Εἰ πεισθείητέ μοι τὴν τοῦ Θεοῦ παρελθεῖν ἐντολήν, ἔσεσθε ὡς θεοί.* (Ep. ad Diogn. c. 12. p. 502: *Ἵνα* (sc. *γνώσει*) *μὴ καθαρῶς χρησάμενοι οἱ ἀπ' ἀρχῆς πλάνῃ τοῦ ὄφεως γεγύμνωνται.*)

plius docerentur, sed potius debitam poenam ut persolverent (Coh. c. 21. p. 19. sq.).

Non tamen etiam protoplastorum posteri peccatores et inde mortales redditi sunt, licet sua quisque culpa in eandem Adami et Evae conditionem redactus sit [41]). Neque vero corpus pro peccatorum fonte habendum est; hoc enim quo tandem pacto per se ipsum peccabit, nisi animam sibi praeeuntem habeat ac incitantem? [42]) Externae autem causae, qui-

---

41) Dial. c. 88. p. 315. sq.: *Γέν. τῶν ἀνθρ. — ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ὑπὸ θάνατον καὶ πλάνην τὴν τοῦ ὄφεως ἐπεπτώκει, παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν* (h. e. sua culpa; coll. ap. II. c. 14. p. 51: *παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν ὑπεύθυνοι ταῖς τιμωρίαις*) *πονηρευσαμένου.* Dial. c. 140. p. 370: *Οὐκ αἰτίᾳ τοῦ Θεοῦ — εἴτε ἄγγελοι εἴτε ἄνθρωποι γίνονται φαῦλοι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος αἰτίᾳ τοιοῦτοί εἰσι, ὁποῖος ἕκαστος φανήσεται.* Cfr. (Gaab): *Abhandll. zur D. G.* p. 112. not. 2. et v. Cölln: *Lehrb. d. chr. D. G.* I. p. 344. not. 2.. Bretschneider: *D. Grundl. d. ev. Pietism.* p. 300: *Den Tod leitet er* (Just.) *zwar vom Falle Adams ab, aber er sagt nicht das Geringste davon, daſs Adams Vergehen den Nachkommen zur Schuld und Strafe angerechnet worden, oder daſs dadurch ein Verderbniſs der mensch. Natur u. eine Untüchtigkeit zum Guten entstanden sey.* Dicit quidem Justinus in dial. c. 100. p. 327: *Παρθένος — οὖσα Εὔα καὶ ἄφθαρτος, τὸν λόγον τὸν ἀπὸ τοῦ ὄφεως συλλαβοῦσα, παρακοὴν καὶ θάνατον ἔτεκε,* „sed his verbis, recte Münscherus (An dial c. Tryph. Just. M. recte adscr. p. 25. sq.) sit, nisi vim iis inferamus, minime docetur, liberos Deo immorigeros et mortales ab Eva prognatos esse. Tunc enim statuendum esset, Evam hos liberos ex sermone serpentis concepisse. Depingitur potius ipsum Evae peccatum ejusque poena imagine, quae a partu concepto atque in lucem edito deaumta est, eum in finem, ut comparatio quaedam, quamvis longius petita, Evam inter et Mariam institueretur. In tota autem comparatione id praecipue spectatur, utramque virginem, alteram morigeram, alteram inobsequentem fuisse.“ Quocirca V. D. (*Handb. d. chr. D.G.* II. p. 140. not. 5.) locum laud. ita vertit: *Eva, indem sie den verführerischen Eingebungen der Schlange Gehör gab, verlor ihre Unschuld und gerieth in Sünde und Tod.* Haec monenda videbantur contra Maranum: Ed. opp. J. praef. P. II. p. XXV. sq., Lumperum: Hist. theol.-crit. II. p. 168. sq. alios. Coll. nostri lib. §. 70. not. 48. et Baumg.-Crusius: l. c. p. 1097. not 1..

42) De res. c. 8. Justinus ad hanc objectionem (v. Teller ad h. l. p. XXXIII. not. a.): *Ἁμαρτωλὸς ἡ σάρξ, ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν ἀναγκάζειν συναμαρτάνειν*, ita respondet: *Ποῦ — καθ' ἑαυτὴν ἡ σάρξ ἁμαρτῆσαι δυνήσεται, ἐὰν μὴ τὴν ψυχὴν ἔχῃ προηγουμένην καὶ προκαλου-

bus excitatur peccatum et propagatur, sunt tum mala hominum educatio, qua jam a pueris ad pravos mores institutaque nefaria informantur, tum diaboli dominatus et daemonum malignorum illecebrae atque machinationes, quibus homines variis cupiditatibus motos facile ad idololatriam et quaevis vitia adducunt [43]). Quoniam vero longe lateque diffusa est ista pestis et corruptela, omne humanum genus maledictioni obnoxium reperitur; maledictus (ἐπικατάρατος) enim secundum legem Mosis dictus est, quisquis οὐκ ἐμμένει ἐν τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά (Deuteron. XXVII. 26.). Nemo certe omnia accurate praestitit, sed alii aliis plus minusve Dei praecepta observarunt. Quodsi Judaeos, qui huic legi sunt subditi, patet esse sub maledictione, quod non omnia observaverint, an non multo magis omnes gentes, idola colentes multaque perpetrantes mala facinora, sub maledictione esse apparebit? Quae quum ita se habeant, non nisi a Jesu Christo, justissimo et solo intaminato et carente peccatis (τῷ δικαιοτάτῳ καὶ μόνῳ ἀσπίλῳ καὶ ἀναμαρτήτῳ: dial. c. 110. p. 337. E.), quem Deus benignissimus, ut omnium ex quocunque genere hominum maledictiones in se susciperet, in terram misit, summa salus est repetenda (ib. c. 95. p. 322. D. E. 323. A. B.).

μένην αὐτήν; — Οὐδὲ ψυχὴ καὶ σῶμα, λυθέντα τῆς συζυγίας, καθ' ἑαυτὰ ποιῆσαί τι δύναται.

43) Ap. I. c. 61. p. 94: Ἐν ἔθεσι φαύλοις καὶ πονηραῖς ἀνατροφαῖς γεγόναμεν (h. e. Marano recte vertente: *educati sumus*; comp. Cicer. leg. agrar. II. 35.). Cfr. de h. l. Ammonii al. *Neues th. Journ.* 1795. fasc. VI. p. 638. sq. et Münscher: l. c. p. 138.. Ap. I. c. 10. p. 58: Οἱ φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολλὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα, σύμμαχον λαβόντες τὴν ἐν ἑκάστῳ κακὴν πρὸς πάντα καὶ ποικίλην φύσει ἐπιθυμίαν, ὧν οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν (Christianis). Coll. dial. c. 88. p. 315. (v. not. 41.) et Baumg.-Crusius: l. c. p. 1100. not 1..

CAPUT VII.

JUSTINI DOCTRINA DE SALUTE PER JESUM CHRISTUM PARTA.

A. DE JESU CHRISTI PERSONA.

§. 64.

Jesus, a prophetis nuntiatus Messias[1]), nasci debuit virgine (διὰ τῆς παρθένου), ut eadem, qua coeperat, via inobedientia a serpente effecta abrogaretur h. e. sicut Eva virgo prima peccavit, ita opus erat, ut is, qui peccati vim compesceret, etiam matre virgine nasceretur. Eva enim virgo, serpentis concipiens sermonem, mortem et inobedientiam peperit h. e. serpentis persuasioni morem gerens in peccatum et mortem incidit; Maria vero, laetitia ac fide repleta, quum promissionem angeli, se matrem filii Dei futuram, acciperet, morigeram se praestitit. Porro Dominus noster propterea homo factus est ex virgine, ut illegitimae cupiditatis generatio aboleretur intelligeretque diabolus, etiam sine humana consuetudine a Deo homines posse formari[2]). Atque Christus filium hominis (υἱὸν ἀνθρώπου) semetipsum dicebat vel quia natus erat ex virgine, quae ex Davidis et Jacobi et Isaaci et Abrahami genere orta erat, vel quia illorum, ex quibus genus ducit Maria, pater

---

1) Ap. I. c. 30. sqq. p. 72. sqq. et dial. c. 11. sqq. p. 228. sqq. (v. §. 48.); v. Tzschirner: *D. Fall d. Heidenth.* ed. N. I. p. 267. sq. — Non ad manus mihi erat G. F. Seiler: Christologia Justini M., Erl. 1775.

2) Dial. c. 100. p. 327: Διὰ τ. παρθ. ἄνθρ. γεγονέναι, ἵνα καὶ δι' ἧς ὁδοῦ ἡ ἀπὸ τοῦ ὄφεως παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ καὶ κατάλυσιν λάβῃ κ. τ. λ. (v. Münscher: An dial. c. Tr. Just. M. recte adscr. p. 26.). De res. c. 3: Οὐ δι' ἄλλο τι ἐκ παρθένου ἐτέχθη, ἢ ἵνα καταργήσῃ γέννησιν ἐπιθυμίας ἀνόμου καὶ δείξῃ τῷ ἄρχοντι (Tellerus lect. vulg. retinet ὅτι pro τ. ἄρχ.) καὶ δίχα συνουσίας ἀνθρωπίνης δυνατὴν εἶναι τῷ Θεῷ τὴν ἀνθρώπου πλάσιν. Saepe commemorat Martyr, e virgine Jesum natum esse: Ap. I. c. 22. p. 68. A., dial. c. 48. p. 267. C., c. 50. p. 269. E., c. 57. p. 280. A., c. 75. p. 301. A.; maxime nititur Jesaiano vaticinio VII. 14..

exstitit Abrahamus [3]); informis igitur homo et inglorius et perpessionibus obnoxius fieri voluit [4]). Quod modum attinet, quo homo factus videbatur, Justinus, ad domestica apud gentiles provocans exempla deorum ἐνσεσαρκωμένων et ἐνσάρκωσιν stricte sumens [5]), λόγον descendisse cogitabat in uterum Mariae, in quo sibi corpus humanum pararet, quocum se conjugeret ita, ut in persona Christi esset perfecta humanitatis divinitatisque consortio [6]). Itaque dicit ap. II. c. 10. p. 48: *Λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα — Χριστὸν γεγονέναι, καὶ σῶμα καὶ λόγον καὶ ψυχήν* [7]).

§. 65.

Jam vero audiamus, de Jesu Christi vita quid Justinus narraverit [8]).

Elisabetha, inquit, Baptistae mater, divina peperit voluntate (Dial. 84. p. 310. D.) et Maria virgo fide ac laetitia percepta morem gessit Gabrieli angelo nuntianti, Spiritum Domini

---

3) Dial. c. 100. p. 327. A.; praeter necessitatem Maranus cum Thirlbio pro *αὐτὸν τὸν Ἀβρ. πατέρα* legi vult: *αὐτοῦ τὸν Ἀδὰμ πατέρα*. Ib. c. 76. p. 301: *Τὸ ὡς υἱὸν ἀνθρώπου εἰπεῖν* (ap. Danielem) *φαινόμενον μὲν καὶ γενόμενον ἄνθρωπον μηνύει, οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνου δὲ σπέρματος ὑπάρχοντα δηλοῖ.*

4) Dial. c. 100. p. 326: *Γνόντες αὐτὸν — τῶν πατριαρχῶν, υἱὸν, ἐπειδὴ διὰ τῆς ἀπὸ γένους αὐτῶν παρθένου σαρκοποιηθεὶς καὶ ἄνθρωπος ἀνειδὴς, ἄτιμος καὶ παθητὸς ὑπέμεινε γενέσθαι.* De res. c. 2. *Εἰσὶ δέ τινες* (sc. Gnostici, Christo non humanam carnem sed phantasticum quoddam corpus tribuentes), *οἳ λέγουσι, καὶ αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν πνευματικὸν μόνον παρεῖναι.* Coll. dial. c. 48. p. 267. D., c. 88. p. 316. C., c. 98. p. 324. E. 325. A., ap. I. c. 66. p. 98. A., coh. c. 38. p. 36. C., de res. c. 1.

5) Hac de re plura diximus §. 46. (p. 93.).

6) Cfr. Planck: Observvv. quaed. in primam doctr. de nat. Chr. historiam, in Velthus. al. Commentt. theol. I. p. 246. sq..

7) De hoc loco Münscherus (*Handb. d. chr. D. G.* II. p. 182.) ait: *In dieser dunkeln, ganz nach platón. Begriffen geformten Stelle ist ψυχή blos die sinnl. Seele, ohne daſs Justin eine von dem Logos verschiedene vernünftige Seele Christo zuschreibe.* Comp. Planck: l. c. p. 248. et 251. et Neander: *Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. K.* I. 3. p. 709. not. 3..

8) Cf. Zastrau: De Just. M. bibl. studiis. P. II. p. 18. sqq..

ei superventurum potentiamque Celsissimi eam obumbraturam ita, ut veneranda ejus proles Filius Dei foret (ib. c. 100. p. 327. C. D.). Josephus autem quum Mariam sponsam, quam ex stupro gravidam esse arbitrabatur, prius ejicere vellet, viso ipsi oblato jussus est uxorem non ejicere, asserente angelo, qui ei apparuit, ex Spiritu s. esse uteri foetum. Metu igitur perculsus eam non repudiavit. Quum vero census in Judaea tum primus haberetur sub Cyrenio, ex urbe Nazarethà, in qua degebat, Bethlehemum, unde oriundus erat, profectus est, ut censeretur. Quo in vico quia Josephus non habuit, quo diverteret, in specum quendam [9]) vico proximum concessit; ibi Maria Jesum Christum peperit eumque posuit in praesepi (c. 78. p. 303. D. E.) [10]).

Spiritus Dei, qui antea inter solos prophetas sese revelaverat, in Christo, simul atque in lucem editus est, conquievit (c. 87. sq. p. 314. sq.) et Magi perceperunt vim illius salutarem eo, quod liberati sunt maligno quodam daemone [11]); hi enim

9) Confirmat hoc Justinus eo, quod sacra Mithrica in spelunca fuerint celebrata. Sed ne verbo quidem memorat hoc *σπήλαιον*, *σύνεγγυς τῆς κώμης* (Dial. c. 78. p. 304., coll. Protev. Jac. c. 18.), Lucas II. 7.. Hac de fabula, cui fidem habebant Grotius (Annott. in libr. ev. Amst. 1641. p. 624. sq.), Wetstenius (Comm. I. p. 660.) alii, cfr. Credner: *Beiträge* etc., I. p. 235. et Fr. Jul. Arens: De evang. apocr. in canonicis usu historico, crit., exeg., Gott. 1835. 4. p. 12. coll. p. 28. sq.. Recte Thilo (Cod. apocr. N. Ti T. I. p. 383.): „Non, inquit, obscura est traditionis ecclesiasticae origo. Provocat enim Justinus ad Jesaiae vaticinium c. XXXIII. 16. *οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς*. Secundum hoc igitur vaticinium quum Christiani Judaicis opinionibus imbuti putarent necesse fuisse, ut Christus in specu nasceretur, mox id fere factum esse divulgatum est, atque in regione Bethlehemi petrosa facile specus aliquis natalis Christi monstratus."

10) In ap. I. c. 46. p. 83. Justinus Jesum ante annos CL sub Cyrenio natum esse perhibet. Videsis nostri lib. §. 5. (p. 12.).

11) Dial. c. 78. p. 304: *Οἱ γὰρ Μάγοι, οἵτινες ἐσκυλευμένοι ἦσαν πρὸς πάσας κακὰς πράξεις τὰς ἐνεργουμένας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου ἐκείνου, ἐλθόντες καὶ προσκυνήσαντες τῷ Χριστῷ φαίνονται ἀποστάντες τῆς σκυλευσάσης αὐτοὺς δυνάμεως ἐκείνης, ἣν ἐν μυστηρίῳ ἐσήμαινεν ἡμῖν ὁ λόγος* (Jes. VIII. 4.) *οἰκεῖν ἐν Δαμασκῷ κ. τ. λ.*. Etenim Justinus (Dial. c. 77. p. 302.) hunc loc. Jes. non ad Hisciam, sed ad Christum refert; plura dabit Georgii in Stirmii *Stud. d. ev. Geistlichk. Würt.* 1838. X. 2. p. 108. not. 1..

ex Arabia profecti Salvatorem eodem tempore, quo progenitus est, adoraverunt, antea vero Herodem Judaeae regem adierant (c. 77. p. 303. A., c. 88. p. 315. C., c. 106. p. 334. B.) eique ex stella se cognovisse nuntiaverant, natum esse regem in terra Judaea. Atque a senioribus populi Judaeorum Herodes e vaticinio Mich. V. 2. edoctus est, urbem, in qua natus sit, esse Bethlehemum. Quum igitur Magi puero adorato muneribusque oblatis divinitus admoniti non rediissent, sed alio itinere, prout jussi fuerant, regionem suam repetiissent, atque Josephus una cum Maria et puero Dei jussu jam essent in Aegyptum profecti, rex iste puerum, quem Magi adoratum venerant, non cognoscens, omnes omnino pueros, id quod Jeremias XXXI. 15. praedixerat, Bethlehemi jussit trucidari (c. 78. p. 303. sq., c. 102. p. 328. E., c. 103. p. 330. D. E.). Josephus autem cum uxore in Aegypto commoratus est, donec moreretur Herodes eique succederet Archelaus (c. 103. p. 331. A.).

Puer crescens communi omnium aliorum hominum more et congruis rebus utens suum cuique incremento tribuebat, cibis omnibus ali solitus [12]). Atque sic postquam annos plus minus triginta permanserat, Joannes, adventus ejus praeco, prodiit ac viam praeparavit. Qui quum ad Jordanem sederet, ut poenitentiae praedicaret baptisma, zonam pelliceam vestemque ex cameli pilis contextam gestans nec quidquam praeter locustas et mel agreste edens: suspicabantur homines eum essé Christum. Quod quidem negabat. Huc quum venisset Jesus, qui fabri filius credebatur ac informis (ἀειδής) faberque ipse existimabatur (fabrilia enim opera, aratra et juga, faciebat, iis et justitiae insignia docens et vitam actuosam) [13]): descendit in

12) Cf. etiam de res. c. 3: *Γεννηθεὶς δὲ, καὶ πολιτευσάμενος τὴν λοιπὴν τοῦ σαρκὸς πολιτείαν· λέγω δὴ ἐν τροφαῖς καὶ πότοις καὶ ἐνδύμασι· ταύτην δὲ τὴν διὰ συνουσίας* (p. concubitum) *μόνον οὐκ εἰργάσατο.*

13) Justinus enim (Dial. c. 88. p. 316. C. D.), ut verbum *τέκτων* (coll. Marc. VI. 3.) explicet, addit: *ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο* (Chr.) *ἐν ἀνθρώποις ὢν, ἄροτρα καὶ ζυγά· διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων καὶ ἀεργῆ* (Sylb. *ἐνεργῆ*) *βίον.* Comp. Origenes c. Cels. VI. 36. et Theodoretus H. E. III. 23.

aquam[14]) in eumque ex aqua prodeuntem Spiritus sanctus propter homines in specie columbae involavit et vox quaedam, jam per Davidem dicta[15]), e coelo emissa est (c. 88. p. 315. sq.). Nunc ad Jesum, vix egressum e fluvio Jordane, diabolus accessit eumque tentavit adeo, ut adorari vellet (c. 103. p. 331.). Ille autem a peccato immunis erat (δίχα ἁμαρτίας: c. 23. p. 241. B., δικαιότατος καὶ μόνος ἄσπιλος καὶ ἀναμάρτητος: c. 110. p. 337. E. coll. c. 102. p. 330. A., μόνος ἄμωμος καὶ δίκαιος: c. 17. p. 234. D.).

Jam Christus Baptistae finem vaticinandi baptizandique attulit; ipse vero evangelium coepit praedicare, regnum coelorum dicens appropinquare ac se multa a Scribis et Pharisaeis pati oportere et crucifigi et tertio die resurgere atque futurum, ut denuo Hierosolyma veniret, tum una cum discipulis ederet ac biberet, nec non tempore medio in ipsius nomine sacerdotes[16]) et prophetae falsi prodirent (c. 51. p. 271. A. B., coll. c. 82. p. 308. D.). Unum ex discipulis, qui patre revelante Christum Dei filium esse cognoverat, Petrum nominavit, cum prius Simon vocaretur (c. 100. p. 327. B.); praeterea duos fratres, Zebedaei filios, Boanerges h. e. tonitrui filios cognominavit (c. 106. p. 333. E.). Hic Christus homines inde ab ipso utero corporeque (ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ τὴν σάρκα) caecos et surdos et claudos

---

Atque vix video, cur Christi majestati parum convenerit tale πάρεργον exercere praeter docendi munus; nonne etiam Rabbinis hic mos illo tempore receptus erat? Cf. Lightfoot: Hor. hebr. p. 616., Wetsten. ad Mc. VI. 3. et Winer: *Bibl. Realwörterb.* ed. 2. I. p. 665.. Quid quod Jesus fortassis illa ratione, Winero l. c. haud inepte monente, victum sibi ex parte parabat? Neque Paulus apostolus arti, quam callebat, operam secundariam impendere repudiabat.

14) Descendente Jesu in aquam etiam ignem accensum esse narrat Noster in dial. c. 88. p. 315. his verbis: Κατελθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ ὕδωρ καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. Hac de fabella cfr. Credner: l. c. p. 221.. Baptismo Messiam muneri suo initiatum iri Judaei existimabant (Dial. c. 49. p. 268. A.).

15) Est haec vox (Dial. c. 88. p. 316. et c. 103. p. 331.): Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε (Ps. II. 7.). Cfr. D. Schulz in N. T. Griesb. ad Luc. III. 22. et Credner: l. c. p. 221. 240..

16) Fortasse pro ἱερεῖς (Dial. c. 51. p. 271. B.) cum Thirlbio legendum est αἱρέσεις (v. c. 35. p. 253. C.).

sanavit, verbo suo efficiens, ut alius quidem videret, alius audiret, alius exiliret. Quinetiam mortuos exsuscitans vitaeque restituens, operum auxilio homines illius aetatis excitabat, ut ipsum agnoscerent. Isti autem quum haec fieri viderent, magicas esse praestigias (φαντασίαν μαγικήν) dicebant eumque magum [17]) ac populi deceptorem (λαοπλάνον) audebant vocare (c. 69. p. 295. E. 296. A). Pharisaeos vero et Scribas cum eo disputantes omnesque Judaeorum magistros praepotenti doctrinae suae vi et gravitate arguebat (c. 102. p. 329 C.).

Baptista autem, ultimus Judaeorum propheta, in carcerem conjectus et interfectus est ab Herode. Hic enim quum natalitia celebraret, saltante fratris filia delectatus eam quidquid vellet petere jussit. Tum puellam mater submonuit, ut Joannis in vincula conjecti caput peteret; quod ubi illa petiit, misit rex, qui caput Joannis in lance afferrent. Quapropter et Christus noster adhuc in terris versatus oportere asserentibus, ut Elias ante Christum veniret, hunc jam venisse declaravit. Tunc discipuli id de Joanne Baptista esse dictum intellexerunt (c. 49. p. 268. E. 269. A.).

Postea Dominus Hierosolyma ingressurus discipulos, qui asinam quandam, una cum pullo in introitu vici Bethphages alligatam, ad se adducerent misit eique insidens ingressus est. Quod quidem, conceptis verbis praedictum (Zach. IX. 9.) ab eoque in omnium oculis factum, Christum eum esse aperte declarabat (c. 53. p. 272. E., coll. c. 88. p. 316. A. et ap. l. c. 35. p. 76. C. D.). In hac urbe, id quod jam Jes. XXXIII. 13. sqq. praedixit, Dominus noster in memoriam corporis, a se propter eos qui in ipsum credunt assumti, quorum causa etiam passibilis factus est, panem comedere et in memoriam sanguinis sui calicem cum gratiarum actione haurire praecepit (Dial. c. 70. p. 296. E. 297. A.). Die autem supplicii quum tres discipulorum in montem, qui dicitur olivarum, secum perduxisset, precatus est, quo satis declaravit, se vere hominem passioni obnoxium natum esse (c. 99. p. 326. A. B.). Quo ex monte

17) Hac de re sis lege, quae Arens l. c. p. 34. not. 52. observavit.

nocte illa in eum irruerunt, quos Pharisaei et Scribae pro sua in docendo auctoritate summiserant eumque circumdederunt ceu vituli cornupetae et praemature exitiosi (c. 103. p. 330. B. C.). Ab Herode vero et ipsis Judaeis cum Pilato, Romano apud eos procuratore, ejusque militibus adversus Christum coitio facta est (Ap. I. c. 40. p. 78. E.). Tum Pilatus ad Herodem, cui gratum faceret, vinctum misit (Dial. c. 103. p. 331. A.) eumque temporibus Tiberii Caesaris cruci affixerunt[18]) (Ap. I. c. 13. p. 60. D., II. c. 6. p. 45. A., dial. c. 30. p. 247. D., c. 76. p. 302. A., c. 85. p. 311. B.). Quo facto illius vestimenta inter se divisere, qui eum in crucem egerant (Dial. c. 104. p. 332. A.). Discipuli autem ab eo omnes defecerunt (Ap. I. c. 50. p. 86. A.).

At rursus ex mortuis redivivus quum iis apparuisset et prophetias, in quibus futura haec omnia praedictum fuerat, legere docuisset ipsique illum ascendentem vidissent in coelum: virtute, quam inde iis immisit, accepta, ad omne hominum genus profecti haec docuere, unde Apostoli sunt appellati (ib. p. 86. B.)[19]). Dominus vero noster pridie Saturni[20]) suffixus

18) Christum in cruce suffixum ita a Judaeis compellatum fuisse refert ap. I. c. 38. p. 77: *Ὁ νεκροὺς ἀνεγείρας, ῥυσάσθω ἑαυτόν.* Crux, ait in dial. c. 91. p. 318., nihil aliud est, nisi unum lignum erectum, cui duo extrema veluti totidem cornua adduntur; aliud praeterea cornu conspicitur in illo ligno, quod in medio crucis fixum est, ut insideant qui in crucem tolluntur. Vid. Maran. ad h. l. et Hase: *D. Leben Jesu* ed. 3. p. 201.. Contendit Justinus supplicium crucis cum morte filiorum Jovis ap. I. c. 22. p. 68: *Εἰ δὲ αἰτιάσαιτό τις ἐσταυρῶσθαι αὐτὸν, καὶ τοῦτο κοινὸν τοῖς — παθοῦσιν υἱοῖς καθ' ὑμᾶς τοῦ Διὸς ὑπάρχει. ἐκείνων τε γὰρ οὐχ ὅμοια τὰ πάθη τοῦ θανάτου, ἀλλὰ διάφορα ἱστορεῖται· ὥστε μηδὲ τὸ ἴδιον τοῦ πάθους ἧττονα δοκεῖν εἶναι τοῦτον.*

19) Dial. c. 106. p. 333. poenitentiam apostolorum, qui Christum deseruerint, commemorat: *Οἵτινες μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν καὶ πεισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ παθεῖν ἔλεγον αὐτοῖς, ὅτι ταῦτα αὐτὸν δεῖ παθεῖν καὶ ἀπὸ (ὑπὸ) τῶν προφητῶν ὅτι προεκεκήρυκτο ταῦτα, μετενόησαν ἐπὶ τῷ ἀφίστασθαι αὐτοῦ, ὅτε ἐσταυρώθη.*

20) Justinus, ut Halloix: Vita Just., in Ill. eccl. or. scriptt. vit. p. 213. sq. exponit, Veneris diem non nominavit propter hujus deae turpitudinem. Similis locus invenitur ap. Tertull. ad nat. I. 13.. Plura praebent Gavanti: Thes. sacr. rit. T. II. p. 34. et Augusti: *Denkwürdigkk. aus d. chr. Archäol.* IV. p. 164. sq..

est et postridie h. e. Solis die apostolis suis apparuit (ib. c. 67. p. 99. B.). Quibus non credentibus, ipsum revera in vitam rediisse, palpandum se praebuit clavorumque ostendit vestigia in manibus. Postquam igitur undequaque cognoverant ipsum esse et corpore indutum, sunt eum hortati ad cibum inter ipsos capiendum. Ut ita quoque ipsum vere (ἀληθῶς σωματικῶς) resurrexisse perspicerent, favum mellis et piscem comedit. Quo facto quum apostolis ostendisset veram esse carnis resurrectionem[21]), in eorum conspectu, ut etiam carnem in coelum ascendere posse declararet, in coelum a patre est elevatus[22]).

B. DE OPERE JESU CHRISTI SALUTARI.

§. 66.

Accuratior de Christi beneficiis disputatio antiquis Patribus non adeo necessaria videbatur, ut quovis loco eam putarent instituendam[23]), id quod maxime apparet ex insigni illo Irenaei (adv. haer. I. c. 10. §. 3.) loco, quo quaestio: Διὰ τί ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ σὰρξ ἐγένετο; inter ea capita refertur, quae ad doctrinam publicam non pertineant privatoque doctorum studio sint relinquenda. Neque in universum alia est ratio Justini, cui evangelium nihil erat nisi praeparatio illius rerum permutationis, quam multi tum temporis exspectabant.

Ac primum quidem, inquit, Jesus Christus, quem Christiani secundum Deum amant et adorant, mirifice de genere humano meritus est praeclara sua institutione. Fuit enim

---

21) Vid. A. H. Niemeyer: De evang. in narrando J. Chr. in vitam reditu dissensione variisque vet. eccl. doctorum in ea dijud. et compon. studiis. Hal. 1824. 4. p. 8. et C. L. Müller: De resurrectione Jesu Chr., vitam eam excipiente et ascensu in coelum, sententiae, quae in eccl. chr. ad finem usque saec. VI. viguerunt. Havn. 1836. 8. p. 77..

22) De res. c. 9., ap. I. c. 45. p. 82. D.. Cfr. Baumg.-Crus.: *Handb. d. chr. D.G.* II. p. 1151. not. 3..

23) Cf. Münscher: An dial. c. Tr. Just. recte adscr. p. 28.; idem V. D.: *Handb. d. chr. D. G.* II. p. 219. (v. Baur: *D. chr. Lehre v. d. Versöhnung in ihrer geschichtl. Entwiokl.* p. 19.) probe observat: *Sie geben mehr allgem. Lobpreisungen als genaue Entwickelung, u. selbst da, wo sie sich auf die letzte einlassen zu wollen scheinen, reden sie mehrentheils unbestimmt.*

omnibus philosophis, qui particulam tantummodo λόγου acceperant, praestantior veritatis virtutisque praeceptor, quippe qui esset totus Logos. Ad homines vero de gravissimis rebus edocendos breve et concisum dicendi genus adhibuit; non enim sophista erat, sed sermone utebatur vi divina praedito. Atque etiamsi homo tantum esset communi conditione, propter sapientiam dignus foret, qui Filius Dei vocaretur[24]). Idem postquam legem abrogavit mosaicam, novam et aeternam hominibus dedit, scilicet testamentum fidele[25]).

Maxime dignus est, qui adjutor (βοηθός) et redemtor (λυτρωτής) appelletur propterea, quod quum diaboli pravorumque daemonum potentiam ac dominationem fregit, tum effecit, ut illi, vel ipsius nomen perhorrescentes, posthac per idem nomen adjurati subjicerentur[26]). Quinetiam homi-

---

24) Cfr. ap. II. c. 13. p. 51., ubi Justinus, postquam philosophos rerum gravissimarum sublimiorem cognitionem non essę assecutos exposuit, de Jesu, quem summum hominum doctorem fuisse probet, haecce addit: *Τὸν ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου Θεοῦ Λόγον μετὰ τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν καὶ ἀγαπῶμεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων συμμέτοχος γενόμενος καὶ ἴασιν ποιήσεται. οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα.* C. 10. p. 48: *Μεγαλειότερα μὲν οὖν πάσης ἀνθρωπείου διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα· διὰ τοῦτο λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι.* — *Ὅσα γὰρ κ.τ.λ.* (v. §. 46. not. 21.). Ap. I. c. 14. p. 61: *Βραχεῖς δὲ καὶ σύντομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν. οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν.* Ib. c. 22. p. 67: *Τὸς δὲ Θεοῦ... λέγεσθαι* (v. §. 58. not. 34.).

25) Dial. c. 11. p. 228: *Ὁ — ἐν Χωρὴβ, παλαιὸς ἦδη νόμος καὶ ὑμῶν* (Jud.) *μόνων· ὁ δὲ, πάντων ἁπλῶς. νόμος δὲ κατὰ νόμου τεθεὶς τὸν πρὸ αὐτοῦ ἔπαυσε, καὶ διαθήκη μετ' ἔπειτα γενομένη τὴν προτέραν ὁμοίως ἔστησεν· αἰώνιός τε ἡμῖν νόμος καὶ τελευταῖος ὁ Χριστὸς ἐδόθη, καὶ ἡ διαθήκη πιστὴ, μεθ' ἣν οὐ πρόσταγμα, οὐκ ἐντολή.* Ib. c. 43. p. 261. C.

26) Dial. c. 30. p. 247: *Βοηθὸν — ἐκεῖνον καὶ λυτρωτὴν καλοῦμεν· οὗ καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει, καὶ σήμερον ἐξορκιζόμενα κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χρ. — ὑποτάσσεται.* Ap. II. c. 6. p. 44. sq.: *Ἄνθρωπος γέγονε καταλύσει τῶν δαιμόνων.* Dial. c. 83. p. 309. sq.: *Ἰσχυρὸς ὁ λόγος αὐτοῦ* (Chr.) *πέπεικε πολλοὺς καταλιπεῖν δαιμόνια, οἷς ἐδούλευον.* C. 45. p. 264: *Σαρκοποιηθεὶς ὑπέμεινεν, ἵνα διὰ τῆς οἰκονομίας* (de hoc vocab. v. Daniel:

nes, qui illorum machinationibus obnoxii in quavis prorsus turpi actione versabantur, postea, quam daemonum fraudibus detectis λόγῳ pristina jura restituta sunt per Domini nostri (τοῦ παντὸς Λόγου, qui caro factus est) gratiam, omnia sordida, quibus induti erant, mala exuerunt, ut secundum totum Logon vitam agentes in aeternum essent beati atque felices[27]).

§. 67.

Saepius loquitur Justinus de mortis Jesu Christi consilio et effectibus[28]). Est enim Servatoris passione salus generi humano parata ipseque cruci affixus regno totius orbis terrarum a Deo donatus est. Illud autem beneficium ut consequamur, regenerationis baptismo ad Patrem oportet accedamus[29]).

Tatian d. Apol. p. 162.) ταύτης ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις καὶ οἱ ἐξομοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι. C. 100. p. 327: Δι' οὗ (Chr.) ὁ Θεὸς τόν τε ὄφιν καὶ τοὺς ὁμοιωθέντας ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους καταλύει. C. 111. p. 338: Οὗ καὶ τὸ ὄνομα πᾶσα ἀρχὴ δέδιεν, ᾠδίνουσα ὅτι δι' αὐτοῦ καταλύεσθαι μέλλουσιν. Ap. II. c. 8. p. 46: Ἤδη διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χρ. ἡττῶνται.

27) Dial. c. 116. p. 343. sq.: Οἵτινες ἐν πορνείαις καὶ ἀκλῶς πάσῃ ὑπαρᾷ πράξει ὑπάρχοντες, διὰ τῆς παρὰ τοῦ ἡμετέρου Ἰησοῦ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ χάριτος τὰ ὑπαρὰ πάντα ἃ ἡμφιέσμεθα καινὰ ἀπεδυσάμεθα· οἷς ὁ διάβολος ἐφέστηκεν ἀεὶ ἀντικείμενος καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκειν πάντας βουλόμενος. Ib. c. 88. p. 315. sq.: Ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεννηθῆναι αὐτὸν καὶ σταυρωθῆναι, ὡς ἐνδεῆς τούτων, ὑπέμεινεν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ γένους τοῦ τῶν ἀνθρώπων, ὃ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ὑπὸ θάνατον καὶ πλάνην τὴν τοῦ ὄφεως (diaboli) ἐπεπτώκει κ. τ. λ.. Lege praeterea quae exposuimus §. 46. (p. 92.) et §. 50. (p. 107.).

28) Vid. Bähr: *D. Lehre d. K. vom Tode Jesu in den erst. 3 Jahrh.* p. 42. sqq..

29) Dial. c. 74. p. 300: Ὡς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τ. ὅλ. ᾄδοντας καὶ ψάλλοντας τοὺς ἀπὸ πάσης τῆς γῆς γνόντας τὸ σωτήριον τοῦτο μυστήριον, τουτέστι τὸ πάθος τοῦ Χρ., δι' οὗ τούτους ἔσωσεν, ἐνδιάγοντας κελεύει, ἐπιγόντας ὅτι καὶ αἰνετὸς καὶ φοβερὸς καὶ ποιητὴς τοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὁ τοῦτο τὸ σωτήριον ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ποιήσας, τὸν καὶ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι ἀποθνήσκοντα καὶ βασιλεύειν πάσης τῆς γῆς κατηξιωμένον ὑπ' αὐτοῦ. Ib. c. 86. p. 313. sq.: Ἡμᾶς βεβαπτισμένους ταῖς βαρυτάταις ἁμαρτίαις, ἃς ἐπράξαμεν, διὰ τοῦ σταυρωθῆναι ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ δι' ὕδατος (i. e. βαπτισμοῦ s. λουτροῦ) ἀγνίσαι ὁ Χρ. ἡμῶν ἐλυτρώσατο. C. 17.

In illa morte documentum summae **obedientiae** cernitur; nam Christus, de Patris voluntate passioni obnoxius, omnia, quaecunque insani Judaei daemonum impulsu in eum moliti sunt, patienter perpessus est ac servitutem ad crucem usque pro cujuslibet generis hominibus tulit, sanguine suo crucisque mysterio eos acquirens. Atque scriptum est, sudorem veluti sanguinis guttas ex eo precante ante mortem defluxisse, ut Patrem in ejusmodi quoque perpessionibus voluisse filium suum propter nos versari certo sciremus neve hunc, utpote Dei filium, diceremus afflictas calamitates non sensisse [30]).

Potissimum mors Christi effecit, ut **diaboli** et **daemonum**, qui hominum animos obcaecaverant, potentia frangeretur [31]). His autem cujuscunque malignitatis auctoribus devictis summa salus in eo conspicitur, quod hominibus a nequitia, in qua versabantur, liberatis **vera vita** sic restituta est, ut Christus, primogenitus quum esset omnis creaturae, rursus etiam fieret principium alterius generis ab ipso regenerati per aquam,

p. 234: *Δι' οὗ τῶν μωλώπων ἴασις γίνεται τοῖς δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὸν πατέρα προσχωροῦσιν.*

30) Dial. c. 41. p. 260: *Παθητοῦ γενομένου κατὰ τὴν βουλὴν αὐτοῦ.* Ib. c. 95. p. 323: *Τοῦ ὑπομείναντος κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ταῦτα* (crucem et mortem) *παθεῖν.* C. 134. p. 364: *Ἐδούλευσε τὴν μέχρι σταυροῦ δουλείαν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ποικίλων καὶ πολυειδῶν ἀνθρώπων, δι' αἵματος καὶ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ κτησάμενος αὐτούς.* Ap. I. c. 63. p. 96: *Νῦν δὲ διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος ὑπέμεινε καὶ παθεῖν, ὅσα αὐτὸν ἐνήργησαν οἱ δαίμονες διατεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνοήτων Ἰουδαίων.* Ib.: *Διὰ παρθένου ἄνθρωπος γενόμενος κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν.* Dial. c. 103. p. 331: — *ὅπως εἴδωμεν, ὅτι ὁ πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν καὶ ἐν τοιούτοις πάθεσιν ἀληθῶς γεγονέναι δι' ἡμᾶς βεβούληται καὶ μὴ λέγωμεν, ὅτι ἐκεῖνος, τοῦ Θεοῦ υἱὸς ὤν, οὐκ ἀντελαμβάνετο τῶν γινομένων καὶ συμβαινόντων αὐτῷ.*

31) Dial. c. 49. p. 269: *Νοῆσαι δύνασθε, ὅτι κρυφία δύναμις τοῦ Θεοῦ γέγονε τῷ σταυρωθέντι Χριστῷ, ὃν καὶ τὰ δαιμόνια φρίσσει καὶ πᾶσαι ἁπλῶς αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῆς γῆς.* Ib. c. 30. p. 247: *Ἔδωκεν* (sc. ὁ πατὴρ) *αὐτῷ δύναμιν, ὥστε καὶ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι τῷ ὀνόματι αὐτοῦ καὶ τῇ τοῦ γενομένου πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ.* C. 76. p. 302. A., c. 85. p. 311. B. C., c. 121. p. 350. B. Inde vis illa crucis (§. 51.).

fidem et lignum, quo mysterium crucis continetur[32]). Porro optime meruit de hominibus ipsi credentibus, quod **morte sublata** effecit, ut immortales essent, resurgerent vitaque posthac fruerentur aeterna[33]), id quod patriarchis quoque et aliis piis, de quibus in V. T. libris disseritur, contigit[34]).

Atque eadem mors erat **sacrificium** (προσφορά) **pro peccatis** hominum poenitentiam agere cupientium; etenim Deus benignissimus suum filium voluit omnium maledictiones in se suscipere, quum futurum sciret, ut eum cruci-

---

32) Dial. c. 41. p. 259. sq.: Ἡ τῆς σεμιδάλεως δὲ προσφορὰ – τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, ὃν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους, οὗ ἕπαθεν ὑπὲρ τῶν καθαιρομένων τὰς ψυχὰς ἀπὸ πάσης πονηρίας ἀνθρώπων, Ἰησοῦς Χρ. ὁ κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν, ἵνα ἅμα τε εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ — ὑπὲρ τοῦ ἀπὸ τῆς κακίας ἐν ᾗ γεγόναμεν ἐλευθεροκέναι ἡμᾶς καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καταλελυκέναι τελείαν κατάλυσιν διὰ τοῦ παθητοῦ γενομένου κατὰ τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Ib. c. 138. p. 367: Ὁ γὰρ Χριστὸς, πρωτότοκος πάσης κτίσεως ὤν, καὶ ἀρχὴ πάλιν ἄλλου γένους γέγονεν τοῦ ἀναγεννηθέντος ὑπ' αὐτοῦ διὰ ὕδατος καὶ πίστεως καὶ ξύλου τοῦ τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ ἔχοντος· ὃν τρόπον καὶ ὁ Νῶε ἐν ξύλῳ διεσώθη ἐποχούμενος τοῖς ὕδασι μετὰ τῶν ἰδίων. Coll. c. 86. p. 313. sq. (v. not. 29.), c. 88. p. 315. sq., c. 116. p. 343. sq. (v. §. 66. not. 27.).

33) Ap. I. c. 63. p. 96: Ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν, ἵνα ἀποθανὼν καὶ ἀναστὰς νικήσῃ τὸν θάνατον. De res. c. 1: Δίδουν (Chr.) ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν μετὰ ταύτην ζωὴν αἰώνιον. Comp. ib. c. 4. et Hase: *Lehrb. d. ev. Dogm.* ed. 2. p. 299.. Quomodo autem hominibus immortalitatem acquisiverit, ait Justinus in fragm., quod ex Leontii c. Euth. et Nest. lib. II. servatum est a Grabio in Spic. II. p. 172., coll. Maran. in append. P. II. p. 598: Ὁ ἄνθρωπος — πρὸς τὴν παράβασιν εὐθὺς ἰδὼν (ἐλθὼν?), τὴν φθορὰν φυσικῶς εἰσεδέξατο. φύσει δὲ τῆς φθορᾶς προσγενομένης ἀναγκαῖον ἦν, ὅτι σῶσαι βουλόμενος ἢ τὴν φθοροποιὸν οὐσίαν ἀφανίσας. τοῦτο δὲ οὐκ ἦν ἑτέρως γενέσθαι, εἰ μήπερ ἡ κατ' φύσιν ζωὴ προσεπλάκη τῷ τὴν φθορὰν δεξαμένῳ, ἀφανίζουσα μὲν τὴν φθορὰν, ἀθάνατον δὲ τοῦ λοιποῦ τὸ δεξάμενον διατηροῦσα. διὰ τοῦτο τὸν λόγον ἐδέησεν ἐν σώματι γενέσθαι, ἵνα τοῦ θανάτου τῆς κατὰ φύσιν ἡμᾶς φθορᾶς ἐλευθερώσῃ. Cf. Münscher: l. c. p. 226..

34) Ap. I. c. 63. p. 96: Τὸ δὲ εἰρημένον ἐκ βάτου τῷ *Μωσεῖ* (Exod. III. 6.) — σημαντικὸν τοῦ καὶ ἀποθανόντας ἐκείνους (patriarchas) μένειν καὶ εἶναι αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρώπους. Sine dubio respicit, ut Münscherus l. l. monet, ad Christi DESCENSUM IN ORCUM, unde piorum animas ad locum meliorem (Paradisum) deduxerit.

fixum et mortuum ad vitam excitaret. Jam illorum hircorum, de quibus Levit. XVI. sermo est, alter erat τύπος mortis Jesu Christi, qua Judaei eum velut ἀποπομπαῖον multarunt, alter, qui Deo erat grata oblatio pro peccatis, secundum nuntiabat Christi adventum, quo agnoscetur ab iis, qui contumelia eum affecerant [35]). Illud autem potissimum Christus effecit vi sanguinis sui in cruce fusi; nempe hoc homines redemit sibique acquisivit, prout in V. T. multis modis praedictum est. Quemadmodum enim sanguis Paschatis Judaeos in Aegypto servavit, sic fideles liberabit a morte sanguis Christi; similiter funiculus coccineus, quem Jerichunte exploratores Rahabae meretrici dederunt, signum exhibebat Christi sanguinis, quo ex

---

35) Dial. c. 40. p. 259: *Καὶ προσφορὰ ἦν ὑπὲρ πάντων τῶν μετανοεῖν βουλομένων ἁμαρτωλῶν.* Dial. c. 95. p. 322: *Πᾶν γένος ἀνθρώπων εὑρεθήσεται ὑπὸ κατάραν ὄν.* — *Τὸν ἑαυτοῦ Χριστὸν ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ὁ πατὴρ τ. ὅλ. τὰς πάντων κατάρας ἀναδέξασθαι ἐβουλήθη, εἰδὼς ὅτι ἀναστῆσαι αὐτὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα.* Ib. c. 40. p. 259: *Καὶ οἱ ἐν τῇ νηστείᾳ δὲ τράγοι δύο ὅμοιοι κελευσθέντες γίνεσθαι, ὧν ὁ εἷς ἀποπομπαῖος ἐγίνετο, ὁ δὲ ἕτερος εἰς προσφοράν, τῶν δύο παρουσιῶν τοῦ Χριστοῦ κατηγγελία ἦσαν· μιᾶς μὲν, ἐν ᾗ ὡς ἀποπομπαῖον* (coll. opp. Just. dep. p. 597. ed. Ben.) *αὐτὸν παρεπέμψαντο οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπιβαλόντες αὐτῷ τὰς χεῖρας καὶ θανατώσαντες αὐτόν· καὶ τῆς δευτέρας δὲ αὐτοῦ παρουσίας, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπιγνωσθήσεσθε αὐτὸν τὸν ἀτιμωθέντα ὑφ' ὑμῶν.* — Ep. ad Diog. c. 9. p. 500: *Ἐπεὶ — πεπλήρωτο μὲν ἡ ἡμετέρα ἀδικία — καὶ θάνατος προσεδοκᾶτο — οὐκ ἐμίσησεν* (sc. Deus) *ἡμᾶς οὐδὲ ἀπώσατο οὐδὲ ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν, ἠνέσχετο, — τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο* (Jes. LIII. 4.). *αὐτὸς τὸν ἴδιον υἱὸν ἀπέδοτο λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, τὸν ἅγιον ὑπὲρ ἀνόμων, τὸν ἄκακον ὑπὲρ τῶν κακῶν, τὸν δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἀδίκων, τὸν ἄφθαρτον ὑπὲρ τῶν φθαρτῶν, τὸν ἀθάνατον ὑπὲρ τῶν θνητῶν. Τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι ἢ ἐκείνου δικαιοσύνη; ἐν τίνι δικαιωθῆναι δυνατὸν τοὺς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς, ἢ ἐν μόνῳ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ; Ὦ τῆς γλυκείας ἀνταλλαγῆς, ὦ τῆς ἀνεξιχνιάστου δημιουργίας, ὦ τῶν ἀπροσδοκήτων εὐεργεσιῶν· ἵνα ἀνομία μὲν πολλῶν ἐν δικαίῳ ἑνὶ κρυβῇ, δικαιοσύνη δὲ ἑνὸς πολλοὺς ἀνόμους δικαιώσῃ κ.τ.λ.* Hujus loci sensum minus recte videtur intellexisse Baur l. c. p. 26, not. 2, (coll. Bähr: l. c. p. 39.) dicens: *Mit allem diesen ist nur gesagt, daſs wir durch Christus aus Sündern Gerechte geworden sind.*

omnibus gentibus, qui olim moechi ac iniqui erant, salvantur remissionem adepti peccatorum neque in posterum peccantes[36]). Homines igitur, poenitentiam agere cupientes, solo illo salutari lavacro expurgantur; non amplius expiantur hircorum oviumque sanguine aut vitulae cinere similaeve oblationibus, sed fide per sanguinem Christi et mortem ejus, qui ea de causa mortuus est[37]). Hoc quidem sanguine, nequaquam humano semine, sed Dei potentia procreato et perpetuam vim exercente, omnes, qui Jesu Christo fidem habent, abluuntur[38]) ab eoque

36) Dial. 134. p. 364: *Δι' αἵματος καὶ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ κτησάμενος αὐτούς.* Ib. c. 111. p. 338: *Τοὺς δὲ ἐν Αἰγύπτῳ δὲ σωθέντας, ὅτε ἀπώλλυντο τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγ., τὸ τοῦ πάσχα ἐῤῥύσαντο αἷμα, τὸ ἑκατέρωσε τῶν σταθμῶν καὶ τοῦ ὑπερθύρου χρισθέν. ἦν γὰρ τὸ πάσχα ὁ Χριστὸς, ὁ τυθεὶς ὕστερον* (Jes. LIII. 7.). — *ὡς δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἔσωσε τὸ αἷμα τοῦ πάσχα, οὕτως καὶ τοὺς πιστεύσαντας ῥύσεται ἐκ θανάτου τὸ αἷμα τοῦ Χρ.* — *Καὶ — σύμβολον τοῦ κοκκίνου σπαρτίου οὗ ἔδωκαν — Ῥαὰβ τῇ πόρνῃ — ὁμοίως τὸ σύμβολον τοῦ αἵματος τοῦ Χρ. ἐδήλου κ. τ. λ.*. De hoc funiculo adeas Cotelerium ad Clem. ep. I. c. 12..

37) Dial. c. 13. p. 229: *Οὐ γὰρ δήγε εἰς βαλανεῖον ὑμᾶς ἔπεμπεν Ἡσαΐας ἀπολουσαμένους ἐκεῖ τὸν φόνον καὶ τὰς ἄλλας ἁμαρτίας, οὓς οὐδὲ τὸ τῆς θαλάσσης ἱκανὸν πᾶν ὕδωρ καθαρίσαι· ἀλλὰ, ὡς εἰκὸς, πάλαι τοῦτο ἐκεῖνο τὸ σωτήριον λουτρὸν* (expiandi vis in morte Jesu maxime pertinet ad peccata ante baptismum commissa, ita quidem, ut illa aqua baptismali, cui Jesu morte vis expians tributa est, abluantur nec jam amplius renati peccare debeant; coll. dial. c. 44. p. 263. [§. 69. not. 45.], c. 86. p. 313. [not. 29.] al.) *ἦν, ὃ εἵπετο τοῖς μεταγινώσκουσι καὶ μηκέτι αἵμασι τράγων καὶ προβάτων ἢ σποδῷ δάμάλεως* (quae verba respicere videntur epist. ad Hebr. IX. 13.) *ἢ σεμιδάλεως προσφορᾶς καθαριζομένους, ἀλλὰ πίστει διὰ τοῦ αἵματος τ. Χρ. καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὃς διὰ τοῦτο ἀπέθανεν, ὡς αὐτὸς Ἡσαΐας ἔφη* LII. 10. — LIV. 6.. Ib. c. 40. p. 259: *Τὸ μυστήριον οὖν τοῦ προβάτου, ὃ τὸ πάσχα θύειν ἐντέταλται ὁ Θεὸς, τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ· οὗ τῷ αἵματι κατὰ τὸν λόγον τῆς πίστεως εἰς αὐτὸν, χρίονται τοὺς οἴκους ἑαυτῶν, τουτέστιν ἑαυτοὺς, οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν κ. τ. λ.*.

38) Quare saepenumero explicat Martyr notissima illa verba, quae leguntur Gen. XLIX. 11., ut ap. l. c. 32. p. 74: *Τὸ γὰρ, πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς προαγγελτικὸν ἦν τοῦ πάθους οὗ πάσχειν ἔμελλε, δι' αἵματος καθαίρων τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ· ἡ γὰρ κεκλημένη ὑπὸ τοῦ θείου πν. διὰ τοῦ προφήτου στολὴ οἱ πιστεύοντες αὐτῷ εἰσιν ἄνθρωποι, ἐν οἷς οἰκεῖ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα, ὁ λόγος κ. τ. λ.*. Dial. c. 54. p. 373. sq.: Ille

Christo, quum eximius sit ac aeternus sacerdos, benedictionem et summam accipient felicitatem [39]).

C. DE PRAESIDIIS SALUTIS PER JESUM CHRISTUM CONSEQUENDAE.

§. 68.

Deus pro benignitate sua omnibus hominibus beneficia a Jesu Christo repetenda destinavit [40]); quae quidem possunt nancisci propter facultatem vel honeste vel male perinde agendi. Sin aliter res se haberet, fati necessitate omnia fierent; quamquam fatum inevitabile in eo tantum cernitur, quod ex illo αὐτεξουσίῳ recte agentes olim merita accipient praemia, improbi debitis poenis afficientur. Et (ecce Justini lenem animum, quemlibet particularismum repudiantem) ipsi pagani,

---

sanguis uvae τὸ τῷ αἵματι αὐτοῦ ἀποπλύνειν μέλλειν τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ ἐδήλου· στολὴν γὰρ αὐτοῦ ἐκάλεσε τὸ ἅγ. πν. τοὺς δι' αὐτοῦ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβόντας· ἐν οἷς ἀεὶ δυνάμει μὲν πάρεστι (coll. ib. c. 40. p. 259.). — Τὸ δὲ αἷμα τῆς στ. εἰπεῖν τὸν λόγον, διὰ τῆς τέχνης δεδήλωκεν, ὅτι αἷμα μὲν ἔχει ὁ Χρ. οὐκ ἐξ ἀνθρώπου σπέρματος, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως.

39) Dial. c. 42. p. 260. apostoli dicuntur pendere ἀπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ αἰωνίου ἱερέως Χριστοῦ. Ib. c. 118. p. 346: Οὗτος γὰρ ἐξαίρετος ἱερεὺς καὶ αἰώνιος βασιλεὺς ὁ Χρ., ὡς υἱὸς Θεοῦ. C. 33. p. 251: Ὃν τρόπον ὁ Μελχισεδὲκ ἱερεὺς Ὑψίστου ἀπὸ Μωσέως ἀναγέγραπται γεγενῆσθαι —, οὕτως τὸν αἰώνιον αὐτοῦ ἱερέα — ὁ Θεὸς τῶν ἐν ἀκροβυστίᾳ γενήσεσθαι ἐδήλου· — πιστεύοντας αὐτῷ — προσδέξεται καὶ εὐλογήσει. — Denique afferre liceat, quae jam Münterus (*Handb. d. ält. D.G.* ed. Evers II. 1. p. 318.) scite observavit: *Ohne Zweifel hatte also auch Justin die Vorstellung von dem Zwecke des Todes Jesu, daſs die Sünden durch ihn vergeben werden sollten; und der Begriff von einem für die Menschen genugthuenden Tode ist nicht zu verkennen.* Idem V. D. l. l. p. 321. ait: *Der erste Keim der spätern, besonders durch Anselm von Canterbury entwickelten Lehre von einer stellvertretenden Genugthuung findet sich also schon in dieser ersten Periode gelegt* cet. Hujus enim doctrinae de sacrificio expiatorio, Christi morte oblato (v. locos jam laud. e dial. c. 13. p. 229., c. 40. p. 259., c. 95. p. 322. al. coll. ep. ad D. c. 9. p. 500.), apud Justinum vestigia inveniri non mirum est etiam propterea, quod sacrificii notionem ad eucharistiam applicat (Dial. c. 41. p. 259. sq. [v. not. 32.], c. 116. sq. p. 344. sq. [v. §. 71.]).

40) De res. c. 8: Ἀγαθός ἐστι (ὁ Θεὸς) καὶ σώζεσθαι πάντας θέλει κ. τ. λ..

dummodo μετὰ λόγου vixerint, Christiani fuere et aeterna sunt felicitate beati. Deinde quum pro se quisque sua ipsius videlicet justitia salvus fiat, Judaeorum quoque ii, qui perpetrarunt, quae in Mosaicis legibus natura ac perpetuo praeclara extant, Deo grati sunt et per Christum similiter atque Noachus, Henochus, Jacobus alii salutem consequentur una cum iis, qui Christum Dei filium agnoscunt[41]); quicunque autem, postquam apparuit, in eo fiduciam suam non collocant, imo vero eum exsecrantur in synagogis, minime salvi erunt. Judaeo-Christiani quidem, ob animi infirmitatem legem Mosaicam quoad fieri potest retinentes, modo cum his, qui ex gentibus Christo nomen dederunt, vivere non recusent nec eos omnino secundum legem per Mosen institutam cogant vivere, salutis per Christum partae participes fient, id quod fortasse etiam his eveniet, qui ab illis ad legis observationem cum confessione christiana conjungendam adducti sunt. At omnibus vero, qui postea, quam τοῦτον εἶναι τὸν Χριστόν confessi fuerunt, negaverunt hoc, nulla nisi poenitentiam ante mortem egerint salus erit[42]).

§. 69.

Gratia Dei autem non est talis, cui nullo pacto resisti queat. Nam ut principio fieremus, in nobis quidem situm non

---

41) Ap. I. c. 43. p. 80: *Τὰς τιμωρίας καὶ τὰς κολάσεις καὶ τὰς ἀγαθὰς ἀμοιβὰς κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἑκάστου ἀποδίδοσθαι διὰ τῶν προφητῶν μαθόντες, καὶ ἀληθῆς ἀποφαινόμεθα. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ καθ' εἱμαρμένην πάντα γίνεται, οὔτε τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὅλως.* Ib. p. 81: *Εἱμαρμένην φαμὲν ἀπαράβατον ταύτην εἶναι, τοῖς τὰ καλὰ ἐκλεγομένοις, τὰ ἄξια ἐπιτίμια· Καὶ τοῖς ὁμοίως τἀναντία, τὰ ἄξια ἐπίχειρα.* C. 45. p. 263. sq.: *Ἕκαστος τῇ αὐτοῦ δικαιοσύνῃ δηλονότι σωθήσεται· ὅτι καὶ τοὺς κατὰ τὸν νόμον τὸν Μωσέως πολιτευσαμένους ὁμοίως σωθήσεσθαι εἶπον. — ἐπεὶ οἱ τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλὰ* (i. e. talia, quae cum λόγῳ conveniunt) *ἑποίουν, εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ κ. τ. λ.* Vid. nostri lib. §. 46. (p. 89. sq.) et §. 62. (p. 152. sq.).

42) Cf. dial. c. 47. p. 265. sqq., ubi copiosa est de his rebus expositio.

erat; ut summam felicitatem assequamur, id a nobismetipsis pendet. Quodsi homines adhibitis ad eligendum rationalibus facultatibus ea sequuntur, quae Deo placent, ab hoc benignissimo patre ad fidem adducuntur. Id tamen eo tantum fit, quod non impediuntur, quominus optima quaeque discant, sed hortatu ad ea potius incitantur[43]). Omnis hominum ad aeternam felicitatem sive condemnationem destinatio a praescientia divina repetenda est. Deus enim praenovit, num illi libertate recte usi ideoque probi futuri essent nec ne, atque sic cujusvis sortem ante constituit; nequaquam homines improbos fecit, imo omnes, si poenitentiam agant, misericordiam adepti in illius gratiam redibunt[44]).

Via vero, qua consequi possumus salutem promissam haec est, ut fidem habeamus Christo, baptismate ad peccatorum remissionem abluamur et sic initiati in Christianorum consortium

43) Ap. I. c. 10. p. 58: *Οἱ* (sc. *ἄνθρ.*) *ἐὰν ἀξίους τῷ ἐκείνου βουλεύματι ἑαυτοὺς δι' ἔργων δείξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ ἀναστροφῆς καταξιωθῆναι προσειλήφαμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς γενομένους. ὃν τρόπον γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε, τὸν αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον διὰ τὸ ἐλέσθαι τοὺς αἱρουμένους τὰ αὐτῷ ἀρεστὰ καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνουσίας καταξιωθῆναι· τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, οὐχ ἡμέτερον ἦν· τὸ δ' ἑξακολουθῆσαι οἷς φίλον αὐτῷ αἱρουμένους, δι' ὧν αὐτὸς ἐδωρήσατο λογικῶν δυνάμεων, πείθει τε καὶ εἰς πίστιν ἄγει ἡμᾶς* (de justitia e fide paranda cf. dial. c. 28. p. 241. C.). *Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι τῷ μὴ εἰργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα.* Audiamus Münscherum l. c. p. 288: *Diese Stelle drückt die Meinung Justins sehr deutlich aus, und drückt sie so stark aus, wie nur Pelagius immer hätte reden können.* Huc non pertinet, ut idem V.D. p. 289. jam adnotavit, locus in dial. c. 7. p. 225: *Εὔχου δέ σοι πρὸ πάντων φωτὸς ἀνοιχθῆναι πύλας κ. τ. λ.*.

44) Dial. c. 140. p. 369. sq.: *Οὔτε πατὴρ ὑπὲρ υἱοῦ, οὔτε υἱὸς ὑπὲρ πατρὸς, ἀλλ' ἕκαστος τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀπολεῖται καὶ ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ δικαιοπραξίᾳ σωθήσεται. — Οὐκ αἰτίᾳ τοῦ Θεοῦ οἱ προγινωσκόμενοι καὶ γεννησόμενοι ἄδικοι, εἴτε ἄγγελοι εἴτε ἄνθρωποι, γίνονται φαῦλοι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος αἰτίᾳ.* Ib. c. 141. p. 370: *Εἰ δὲ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ προμηνύει πάντως τινὰς — κολασθήσεσθαι μέλλοντας, διότι προεγίνωσκεν αὐτοὺς ἀμεταβλήτους γεννησομένους πονηροὺς, προεῖπε ταῦτα, ἀλλ' οὐχ ὅτι αὐτοὺς ὁ Θεὸς τοιούτους ἐποίησεν. ὥστε ἐὰν μετανοήσωσι, πάντες βουλόμενοι τυχεῖν τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐλέους δύνανται.*

nullo non tempore integri scelerisque puri vivamus[45]). Oportet igitur fide, poenitentia et recta vivendi ratione dignos nos praebeamus illa salute[46]).

§. 70.

Jam sequitur, ut de BAPTISMO Justinum audiamus. Dicit enim in ap. I. c. 61. p. 93. sq.: *Ὃν τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καινοποιηθέντες διὰ τοῦ Χριστοῦ, ἐξηγησόμεθα. — Ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνοῦνται, εὔχεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδάσκονται, ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς. ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως, ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀναγεννήθημεν, ἀναγεννῶνται. ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χρ. καὶ πνεύματος ἁγίου*[47]) *τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται. καὶ γὰρ ὁ Χρ. εἶπεν· ἂν μὴ ἀναγεννηθῆτε, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὅτι δὲ καὶ ἀδύνατον εἰς τὰς μήτρας τῶν τεκουσῶν τοὺς ἅπαξ γεννωμένους ἐμβῆναι, φανερὸν πᾶσίν ἐστι. καὶ διὰ Ἡσαΐου — εἴρηται τίνα τρόπον φεύξονται τὰς ἁμαρτίας οἱ ἁμαρτήσαντες καὶ με-*

45) Dial. c. 44. p. 263: *Σπουδάσαι δεῖ ἐπιγνῶναι, δι' ἧς ὁδοῦ ἄφεσις ὑμῖν τῶν ἁμαρτιῶν γενήσεται καὶ ἐλπὶς τῆς κληρονομίας τῶν κατηγγελμένων ἀγαθῶν. ἔστι δ' οὐκ ἄλλη, ἢ αὕτη, ἵνα τοῦτον τὸν Χριστὸν ἐπιγνόντες, καὶ λουσάμενοι τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν διὰ Ἡσαΐου κηρυχθὲν λουτρὸν, ἀναμαρτήτως λοιπὸν ζήσητε.* Ap. I. c. 66. p. 97. sq.: Eucharistiae nemini alii licet esse participi, *ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χρ. παρέδωκεν.*

46) Cf. praeterea dial. c. 47. p. 266 sqi: *Ἡ γὰρ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ ἄμετρον τοῦ πλούτου αὖτοῦ τὸν μετανοοῦντα ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων — ὡς δίκαιον καὶ ἀναμάρτητον ἔχει.* Ib. c. 100. p. 327: *Ἀπαλλαγὴν δὲ τοῦ θανάτου τοῖς μεταγινώσκουσιν ἀπὸ τῶν φαύλων καὶ πιστεύσουσιν εἰς αὐτὸν ἐργάζεται.* C. 138. p. 367: *Ἀρχὴ πάλιν ἄλλου γένους γέγονεν* (Chr.) *τοῦ ἀναγεννηθέντος ὑπ' αὐτοῦ διὰ ὕδατος καὶ πίστεως κ.τ.λ..*

47) Haec verba spectant ad formulam baptismalem in ev. Matth. XXVIII. 19., ut sollerter exposuit Augusti: *Denkwürdigkk.* IV. p. 160..

τανοοῦντες (Jes. I. 16—20.). — Καὶ λόγον δὲ εἰς τοῦτο παρὰ τῶν ἀποστόλων ἐμάθομεν τοῦτον. ἐπειδὴ τὴν πρώτην γένεσιν ἡμῶν ἀγνοοῦντες κατ' ἀνάγκην γεγεννήμεθα ἐξ ὑγρᾶς σπορᾶς κατὰ μίξιν τὴν τῶν γονέων πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐν ἔθεσι φαύλοις καὶ πονηραῖς ἀνατροφαῖς γεγόναμεν, ὅπως μὴ ἀνάγκης τέκνα μηδὲ ἀγνοίας μένωμεν, ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ ἐπιστήμης, ἀφέσεώς τε ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι[48]), ἐπονομάζεται τῷ ἑλομένῳ ἀναγεννηθῆναι, καὶ μετανοήσαντι ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, τὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ ὄνομα. — Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμὸς[49]), ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. καὶ ἐπ' ὀνόματος δὲ Ἰησοῦ Χρ. τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ ἐπ' ὀνόματος πνεύματος ἁγίου, ὃ διὰ τῶν προφητῶν προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα, ὁ φωτιζόμενος[50]) λούεται. Itaque satis simpliciter Justinus suam de baptismo sententiam exhibet: quicunque enim persuasum habuerint et crediderint vera esse, quae docentur a Christianis promiserintque se ita vivere velle, ii precari ac jejunantes priorum peccatorum veniam a Deo petere informantur. Quo facto ducuntur eo, ubi aqua est[51]), ut sacro lavacro abluti ad salutem per Jesum Christum hominibus partam idonei red-

48) Audiamus de h. l. J. A. Starckium: *Gesch. d. Taufe u. Taufgesinnten* p. 29: *So hat auch Justin noch nichts von angeborner Schuld, die durch die Taufe ausgetilgt werden soll, sondern er sagt nur, daſs wir in üblen Sitten und Gewohnheiten erzogen wären.* — Hagenbach: *Lehrb. d. D.G.* I. p. 218: *Justin d. M.* (Apol. I. 61.) *setzt der natürl. Zeugung ἐξ ὑγρᾶς σπορᾶς die Wiedergeburt aus dem Taufwasser entgegen. Durch jene werden wir τέκνα ἀνάγκης, ἀγνοίας; durch diese τέκνα προαιρέσεως καὶ ἐπιστήμης, ἀφέσεως τε ἁμαρτιῶν; daher heiſst das λουτρὸν auch φωτισμός.*

49) His verbis significare Justinus videtur, illam baptismi appellationem id temporis fuisse satis usitatam. Vid. Braun ad h. l. (p. 113.). Praeterea de illa voce φωτισμός bene adnotat Starck l. c. p. 30. (coll. Münscher: l. c. p. 328.): *Hier ist noch nichts von einem übernatürlichen Licht, das in der Seele angezündet wird, sondern es ist allein von bessern Einsichten die Rede.*

50) H. e. illuminandus, baptizandus. De huj. participii usu apud Patres adeas Augustium: l. c. VII. p. 19..

51) Böhmer (Jus eccl. protest. III. p. 849.) e verbis: ἔπειτα ἀγ. ὑφ' ἡμ. ἔνθα ὕδ. ἐστὶ κ. τ. λ. conjecit adfuisse, qui candidatum ad locum, ubi aqua erat, ut testes et comites ducerent.

dantur ipsorumque fiat regeneratio (ἀναγέννησις). Qua quidem ratione per Christum renovati (καινοποιηθέντες) Deo sese consecrarunt[52]). Hoc lavacrum vocatur φωτισμὸς Meo, quod mentes eorum, qui doctrina illa salutifera usi sunt, illuminantur nec non ad veram Dei ejusque cultus perveniunt cognitionem. Baptismus appellatur etiam τὸ λουτρὸν τῆς μετανοίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, quia omnes expiat poenitentes ita, ut sit aqua vitae (ὕδωρ ζωῆς). Quae vero utilitas illius baptismi, ex quo caro ac solum corpus splendescat? Baptizetur anima ab iracundia et avaritia, ab invidia et odio[53]).

§. 71.

Quodsi (ait Justinus in ap. I. c. 65. sq. p. 97. sq.) is, qui suam doctrinae christianae fidem confirmavit, baptismo initiatus est, in coetum fratrum introducitur, ubi Christiani communes preces et pro semetipsis, et pro eo qui illuminatus est, et pro omnibus ubique aliis intento animo faciunt, ut veritatis cognitionem adepti hac etiam gratia dignentur, ut rectam operibus (δι' ἔργων) vitam agant serventque praecepta, quibus salutem aeternam assequantur. Finitis precibus invicem osculo consalutant. Jam ita pergit Noster describens, quomodo eu-

52) Haec, ut Credner us (*Beitrr. zur Einl. in d. bibl. Schrr.* I. p. 97. sq. coll. p. 301. sq.) demonstravit, simillima sunt iis, quae Ebionitae de eodem ritu docent. Ceterum in Justini scriptis ne γρὺ quidem de infantum baptismo, ut bene ostendit Rössler: *Lehrbegr. d. ckr. K.* etc. p. 107. sq. et *Bibl. der K.V.* I. p. 123. not. 27..

53) Dial. c. 14. p. 231: Διὰ τοῦ λουτροῦ οὖν τῆς μετανοίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ὃ ὑπὲρ τῆς ἀνομίας τῶν λαῶν τοῦ Θεοῦ γέγονεν, ὡς Ἡσαΐας βοᾷ, ἡμεῖς ἐπιστεύσαμεν καὶ γνωρίζομεν ὅτι τοῦτ' ἐκεῖνο ὁ προηγόρευε τὸ βάπτισμα, τὸ μόνον καθαρίσαι τοὺς μετανοήσαντας δυνάμενον, τοῦτό ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς. — Τί γὰρ ὄφελος ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος, ὃ τὴν σάρκα καὶ μόνον τὸ σῶμα φαιδρύνει; Βαπτίσθητε τὴν ψυχὴν ἀπὸ ὀργῆς καὶ ἀπὸ πλεονεξίας, ἀπὸ φθόνου, ἀπὸ μίσους· καὶ ἰδοὺ τὸ σῶμα καθαρὸν ἐστι. Eadem ratione sunt explicanda haec Justini effata in dial. c. 44. p. 263: Λουσάμενοι τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν — λουτρὸν, ἀναμαρτήτως λοιπὸν ζήσητε. Ib. c. 86. p. 313. sq.: Ἡμᾶς βεβαπτισμένους ταῖς βαρυτάταις ἁμαρτίαις, ἃς ἐπράξαμεν, δι' ὕδατος ἁγνίσαι ὁ Χρ. ἡμῶν ἐλυτρώσατο. Baptismus est circumcisio spiritualis (Dial. c. 43. p. 261. D., coll. c. 19. p. 236. B.).

CHARISTIA celebretur[54]): *Ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος. καὶ οὗτος λαβὼν αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει· καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται· οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων· ἀμήν. — εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσιν. Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία· ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν, ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χρ., ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ[55]) εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν', ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, λαβόντα ἄρτον εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι.* Justinus igitur, qui hoc nobili loco minime *δογματικῶς* disputavit, eucharistiam[56]),

54) Dav. Schulz: *Die chr. Lehre v. heil. Abendm.* ed. 2. p. 305..

55) Ministri ecclesiae, monentibus Burgero: Liturgiam evang.-lutheranam antiquissimam esse, ex Just. M. demonstratur. Vitemb. 1755. 4. p. 36., Augustio: l. c. V. p. 98. sq. et Baumg.-Crusio: l. c. p. 1218. not. 3, haud dubie ORATIONE DOMINICA (*λόγῳ κυρίου*) usi sunt ad eucharistiam sacrandam.

56) Nusquam eucharistia — id quod monendum est contra Gerhardum: Loc. theoll. X. p. 8., alios — a Justino diserte *μυστηρίου* nomine nuncupatur. Cfr. Augusti: l. c. VIII. p. 327.. Quum vero cum MITHRAE MYSTERIIS, in quae simile quid a malignis daemoni-

quum non in numero habeatur vulgarium conviviorum, dicit neutiquam esse communem s. profanum panem et vinum, sed revera communionem ac perceptionem carnis et sanguinis Jesu Christi praebere; etenim mutationem (μεταβολήν [57]) cibi terreni, nimirum posteaquam captus sit, in rebus fieri nobiscum conjunctis (in sanguine carneque nostra) et quidem per *Λόγον*, quippe qui Jesu carnem creaverit. Atque hoc cibo coelesti intima cum Christo conjunctio corporisque immortalitas ac resurrectio videbatur parata esse [58]).

Neque omittendum est, Justinum primum disseruisse de sacrificio in eucharistia oblato [59]). Dicit enim in dial. c. 116. p. 344: Christiani verum genus sacerdotale (*ἀρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος τοῦ Θεοῦ*) sunt, prout Deus ipse testatur, sibi ab illis in omni loco inter gentes grata et pura sacrificia offerri pronuntians; non autem nisi per ipsius sacerdotes sacrificia accipit. Tum pergit Martyr ib. c. 117. p. 344. sq.: *Πάσας οὖν — θυσίας, ἃς παρέδωκεν Ἰησοῦς ὁ Χρ. γίνεσθαι, τουτέστιν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου, τὰς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς γινομένας ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν, προλαβὼν ὁ Θεὸς, μαρτυρεῖ εὐαρέστους ὑπάρχειν αὐτῷ, τὰς δὲ ὑφ' ὑμῶν* (Jud.) —

---

bus introductum sit, componatur (Ap. I. c. 66. p. 98. C.), eam conjicere licet tamquam ritum mysticum celebratam esse.

57) Baumg.-Crusius: l. c. p. 1218. not. 2: *Μεταβολή ist die Assimilation von Brod und Wein mit unserer gesammten Natur.*

58) Hunc cibi eucharistici effectum Martyr haud dubie simul verbis exprimit: *Ἐξ ἧς* (τροφῆς) *αἷμα κ. σ. κατὰ μεταβ. τρέφ. ἡμῶν.* Etiam cognoscitur ex fragm. ap. Leontium p. 598. ed. Opp. Just. Maran., coll. nostri lib. §. 67. not. 33.. Idem statuunt Ignatius (ep. ad Ephes. c. 20., ad Rom. c. 7.) et Irenaeus (adv. haer. IV. 18. §. 5., V. 2. §. 2. sq.); respexisse videntur ad locum evang. Joannei VI. 54. sqq.. — In universum illi tres Patres, Asia minore oriundi, suam exhibent de eucharistia sententiam Joanneae finitimam. Vid. Baumg.-Crusius: l. c. p. 1216. sq.. Hunc virum doctissimum missis aliorum opinionibus in illa re explicanda sequi juvat.

59) (Stäudlin) in: *Gött. Bibl. d. neust. th. Lit.* 1795. II. 2. §. 8. p. 165. sqq., Jo. Guil. Fr. Höfling: *D. Lehre Just. d. M. vom Opfer im chr. Cultus.* Erl. 1839. 8. (contra J. Döllingerum, sagacem doctrinae romano-catholicae defensorem: *D. Lehre v. d. Eucharist.* etc. p. 104. sq.).

ἀπαναίνεται (Mal. I. 10.—12.). — "Οτι μὲν οὖν καὶ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι, ὑπὸ τῶν ἀξίων γινόμεναι, τέλειαί μόναι καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ θυσίαι, καὶ αὐτός φημι. ταῦτα γὰρ μόνα καὶ Χριστιανοὶ παρέλαβον ποιεῖν, καὶ ἐπ' ἀναμνήσει τῆς τροφῆς αὐτῶν ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς (i. e. panis et vini), ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους ὃ πέπονθε δι' αὐτοὺς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ μέμνηνται[60]). Cum hoc loco conferas c. 41. p. 259. sq.: Ἡ τῆς σεμιδάλεως προσφορὰ — ἡ ὑπὲρ τῶν καθαριζομένων ἀπὸ τῆς λέπρας προσφέρεσθαι παραδοθεῖσα, τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, ὃν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους οὗ ἔπαθεν ὑπὲρ τῶν καθαιρομένων τὰς ψυχὰς ἀπὸ πάσης πονηρίας ἀνθρώπων, Ἰησοῦς Χρ. ὁ κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν, ἵνα ἅμα τε εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ ὑπέρ τε τοῦ κόσμον ἐκτικέναι σὺν πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀπὸ τῆς κακίας, ἐν ᾗ γεγόναμεν, ἠλευθερωκέναι ἡμᾶς, καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καταλελυκέναι τελείαν κατάλυσιν διὰ τοῦ παθητοῦ γενομένου κατὰ τὴν βουλὴν αὐτοῦ κ. τ. λ.. Ergo ex Justini opinione eucharistia est sacrificium (προσφορά, θυσία), quo Deo gratiae persolvantur cum pro omnibus beneficiis in homines collatis, tum pro salute iis per Christum passioni obnoxium parata. Praecipue igitur in oblationibus preces laudativae et grati animi sensa testantes (πομπαί, ὕμνοι, εὐχαί, εὐχαριστίαι, αἰτήσεις) tamquam sola Deo accepta sacrificia fundebantur[61]). Sacrificii nomen facile poterat ad eucharistiam idcirco adhiberi, quod haec coena principio ex donis (προσφοραῖς) constabat ad com-

60) Sic legendum videtur pro δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς τοῦ Θεοῦ μέμνηται. Vid. Maranus ad h. l. et Höfling: l. c. p. 27. not..

61) Cf. etiam ap. I. c. 13. p. 60: Colimus τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς, ἀνευδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων, — λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα (i. e. quae offerimus, non: quibus alimur [J. J. Ritter: Animadvv. in pr. Just. M. apol. p. 13.]; alioquin Justinus sine dubio verbum τρέφεσθαι usurpasset, ut ap. I. c. 66. p. 98. A.) πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες — ὑπὲρ τε τοῦ γεγονέναι κ. τ. λ. (v. Höfl.: l. c. p. 6. sqq.). De mon. c. 4. p. 106: Οὐ σπονδῇ καὶ θυμιάματι κακούργων προσφέρεται ὁ Θεός. Ap. I. c. 67. p. 98: Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χρ. καὶ διὰ πνεύματος τ. ἁγ.. Dial. c. 117. p. 345: Εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι — τέλειαι μόναι καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ θυσίαι.

munes agapas[62]) collatis, quae, quum pia mente instar sacrificiorum darentur, revera προσφοραί videbantur esse. Huc accedit, quod Christiani, ut se contra Judaeos et paganos defenderent, in coetibus sese sacrificia Deo facere contendebant[63]). Nonne porro eucharistia in memoriam celebrabatur sacrificii a Jesu Christo oblati? Denique inprimis Justinus omnia instituta, de quibus in V. T. sermo est, ad rem christianam studebat transferre; quid igitur mirum, quod etiam Christianos sacrificare dicit videlicet ratione Deo grata, qui sacrificia a Judaeis eorumque sacerdotibus confecta respuit[64])?

Praeter illum locum (Ap. I. c. 65. p. 97.), ex quo ipsissima Justini verba supra dedimus, paulo post (c. 67. p. 98. sq.)[65]) iterum aliquot quidem novis rebus additis, sed in universum eodem fere modo eucharistiae ritus exponitur[66]). Christiani enim, ut ibi narratur, eucharistiam solebant celebrare Solis die[67]), quo omnes sive urbes sive agros incolentes in eundem

---

62) Patescit ex ap. I. c. 65. p. 97., etiam sine agapis adornatam fuisse sacram coenam. Cfr. Drescher: De veter. Christ. agapis. Giess. 1824. 8. p. 19. sq..

63) Haec quidem non erat mera accommodatio. *Vielmehr*, ait Baumg.-Crusius l. c. p. 1224. not. 1., *läfst sich wohl annehmen, daſs auch ein groſser Theil der Christen damals noch unvermögend gewesen sei, Gottesverehrung ohne Opfer zu denken.*

64) Cf. praeter locum supra laud. (Dial. c. 117. p. 344.) ib. c. 29. p. 246: Τὰς θυσίας ἤδιον παρ' ἡμῶν ἢ παρ' ὑμῶν λαμβάνει. Coll. c. 22. p. 240. D. et ep. ad Diogn. c. 3. p. 496. A. et si vis plura, adi Höflingium: l. c. p. 16. sqq., comp. p. 26..

65) Hoc de loco disputavit Chr. Gottl. Burger l.l.. Praeterea cfr.: Justini M. de sacris Christianorum publicis narratio. Hal. 1725. 8.

66) Audiamus quae disserit Augusti l. c. VIII. p. 92: *Da Just. zweymal hinter einander u. fast ganz übereinstimmend diesen Ritus beschreibt, so muſs man entw. annehmen, daſs die zweyte Beschreibung nur eine Recapitulation sey, oder daſs sich die erste auf die eigentl. Eucharistie, welche unmittelbar auf d. Taufe folgte, — die zweyte aber auf d. gewöhnliche — Sonntags-Communion beziehe.* Et hoc quidem solum recte se habet. Cfr. Höfling: l. c. p. 8..

67) Hoc die cur sacra instituantur, ait Justinus in ap. I. c. 67. p. 99: Ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε, καὶ Ἰησοῦς Χρ. ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. Plura de hoc loco adnotat Augusti: l. c. I.

conveniunt locum, ubi commentaria apostolorum aut prophetarum scripta leguntur. Postquam lector desiit, praeses (ὁ προεστώς) admonitionem verbis (διὰ λόγου) suscipit adhortaturque ad res tam praeclaras imitandas. Posthac omnes simul consurgunt ac preces fundunt, quibus finitis affertur panis, vinum et aqua [68]); is vero, qui praeest, preces gratiarumque actiones pro viribus (ὅση δύναμις αὐτῷ) emittit et universus coetus acclamat: Amen [69]). Jam alimentum, in quo gratiae actae sunt, distribuitur unicuique praesentium [70]) et absentibus per diaconos mittitur. Qui abundant, suo arbitrio quod quisque vult largiuntur. Quod sic colligitur, deponitur apud praesidem, qui ipse pupillis, viduis, aegrotis, captivis, advenientibus peregre hospitibus subvenit, qui uno verbo omnium suscipit indigentium curam.

§. 72.

Quodsi quis Jesum Christum, qui Patris voluntate omnes ex quavis regione sive servos sive liberos in amicitiam et benedictionem et poenitentiam et convictum vocavit, revera ducem esse ad salutem nanciscendam cognoverit, in consortium reci-

---

p. 18. sq. et VIII. p. 147.. Judaeo-Christiani vero sabbatum reservabant. Vid. Dr escher: l. c. p. 24. sq..

68) Liceat afferre, quae Augusti l. c. IV. p. 162. observavit: *Daſs drey Elemente des Abendm. genannt werden, ist eine im Alterthume nicht unbekannte Sache. Hier aber haben wir das älteste Zeugniſs davon. Ob sich diese Sitte auf die jüd. Passafeyer; od. auf d. bey den Juden gewöhnl. Trinkweise (Wein mit Wasser gemischt); od. auf* 1 *Joh. V.* 7. *ὕδωρ καὶ αἷμα; od. auf d. Absicht, an die Taufe u. d. Tod Jesu zugleich zu erinnern, beziehet, läſst sich nicht entscheiden — so wenig, wie die Frage: ob zwey Becher (Kelche), der eine mit Wein, der andmit Wasser angefüllt; od. ob nur einer mit Wein und Wasser vermischt, aufgesetzt und dargereicht wurden?* Comp. l. c. VIII. p. 72.. Burgerus l. c. p. 85. priscae ecclesiae homines propterea vino aqua dilato opinatur usos esse, ut omnem ebrietatis evitarent luxuriaeque suspicionem.

69) Etiam hanc formulam cum eucharistia conjunctam Martyr primus commemorat. Cfr. Augusti: l. c. V. p. 205..

70) Hanc distributionem instituebant diaconi (Ap. I. c. 65. p. 97. D.).

pitur Christianorum [71]). Jam apostoli Hierosolymis profecti ubique praedicarunt evangelium, et gentiles gaudio fideque pleni, postquam renuntiarunt simulacris, ingenito Deo per Christum sese consecrarunt [72]). Qua quidem ratione omnes fideles Christi populus facti sunt vel plantata ab eo vitis, quae magis proficit, dum amputatur [73]). Quicunque in illo fiduciam collocant, sunt una anima, una synagoga, UNA ECCLESIA, quae, quum ex Christi nomine constituta ejusque nominis particeps sit, vocatur filia [74]). Christiani igitur per Jesu Christi nomen instar unius hominis sunt ipsique pravi homines ab illo conversi tamquam unus puellus fiunt omnes, quemadmodum in corpore multa membra sunt unum corpus; hinc et populus et ecclesia, permulti numero homines, perinde atque una res forent, appellatione una designantur [75]). Jam connubia Jacobi

---

71) Dial. c. 139. p. 369: *Ὁ Χριστὸς... εἰς φιλίαν καὶ εὐλογίαν καὶ μετάνοιαν καὶ συνοικίαν καλῶν κ. τ. λ.*; comp. §. 70..

72) Ap. I. c. 45. p. 83: *Ὃν* (sc. *τὸν λόγον*) *ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐξελθόντες πανταχοῦ ἐκήρυξαν.* Dial. c. 53. p. 273: *Εἰς τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ἐξελθόντες ταῦτα ἐδίδαξαν.* Ap. I. c. 49. p. 85: *Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, μηδέποτε μηδὲν ἀκούσαντες περὶ τοῦ Χριστοῦ, μέχρις οὗ οἱ ἀπὸ Ἱερουσ. ἐξελθόντες ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐμήνυσαν τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ τὰς προφητείας παρέδωκαν, πληρωθέντες χαρᾶς καὶ πίστεως, τοῖς εἰδώλοις ἀπετάξαντο κ. τ. λ.*. Gaudet Justinus de fide nunc in dies latius florente (Dial. c. 117. p. 345. C. D.), sed de ejus exordiis statuque primitivae ecclesiae tacet. Cfr. Lumper: Hist. theol.-crit. II. p. 137. sq..

73) Dial. c. 110. p. 337: *Ὅτι — ὁ λόγος ὁ πρ. λέγει* (Ps. CXXVIII. 3.) — *ἐπίστασθε. καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἐκφοβῶν καὶ δουλαγωγῶν ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκότας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, φανερόν ἐστι κ. τ. λ.. ἡ γὰρ φυτευθεῖσα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄμπελος καὶ σωτῆρος Χρ., ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐστι.* (Ep. ad D. c. 11. p. 501. sq.: *Δι' οὗ* [Chr.] *πλουτίζεται ἡ ἐκκλησία κ. τ. λ.*. C. 6. p. 498. B.)

74) Dial. c. 63. p. 287: *Ὅτι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν, ὡς οὖσι μιᾷ ψυχῇ καὶ μιᾷ συναγωγῇ καὶ μιᾷ ἐκκλησίᾳ, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ* (sc. εἴρηται) *ὡς θυγατρὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ γενομένῃ, καὶ μετασχούσῃ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ* (*Χριστιανοὶ γὰρ πάντες καλούμεθα*) *ὁμοίως φανερῶς οἱ λόγοι* (Ps. XLV. 10. 11.) *κηρύσσουσι.* Cfr. Meier: *Lehrb. d. D. G.* p. 49..

75) Dial. c. 116. p. 344: *Ἡμεῖς — διὰ τοῦ Ἰησ. Χρ. ὀνόματος ὡς εἷς ἄνθρωπος πάντες.* Ib. c. 42. p. 261: *Τὸ δὲ εἰπεῖν τὸν λόγον* (Jes. LIII. 2.) *— δηλωτικὸν τοῦ τοὺς πονηροὺς ὑπηκόους αὐτοῦ γενο-*

erant rei per Dominum nostrum conficiendae τύποι, ita quidem, ut Lia esset populus Judaeorum et synagoga, Rachel autem ecclesia christiana[76]).

Sunt vero, qui etsi se Christianos esse profiteantur, non tamen verae ac purae Jesu Christi doctrinae discipuli sint; horum enim alii alio modo in Creatorem universorum et in Deum Abrahami, Isaaci et Jacobi et in eum, quem venturum praedixerat, blasphemias docent. Cum nemine istorum communicamus, quum athei et impii sint atque injusti et exleges nec non nefandorum sacrificiorum participes, qui Jesum minime colunt, sed verbis tantum confitentur. Nonnulli vocantur Marciani, alii Valentiniani, alii Basilidiani, alii Satorniliani, alii alio nomine ex suae quisque sectae principe (Dial. c. 35. p. 253.).

D. DE REBUS POST MORTEM FUTURIS.

§. 73.

Indagemus primum, DE ANIMARUM CONDITIONE POST MORTEM FUTURA quid Justinus statuerit. Improbanda, inquit, est nonnullorum (h. e. Gnosticorum) opinio, qua animas, statim atque discesserint a corpore, in coelum suscipi dicunt[77]). Quid igitur? Perveniunt post mortem in Orcum, ubi piorum animae in meliore loco, improborum in deteriore manent, judicii tempus exspectantes[78]). Animae autem omnium, qui

---

μένους ὑπηρετῆσαι τῇ κελεύσει αὐτοῦ καὶ πάντας ὡς ἓν παιδίον γεγενῆσθαι κ. τ. λ.. Καὶ γὰρ δῆμος καὶ ἐκκλησία, πολλοὶ τὸν ἀριθμὸν ὄντες ἄνθρωποι, ὡς ἓν ὄντες πρᾶγμα, τῇ μιᾷ κλήσει καλοῦνται καὶ προσαγορεύονται.

76) Cf. dial. c. 134. p. 364. B. — Justinus licet ecclesiam catholicam manifestis verbis non memoret, tamen non fortuito itinera (v. §. 2. not. 11.) suscepisse et contra Gnosticos (v. §. 43. not. 17.) videtur pugnasse. Cfr. Maranus: Ed. opp. Just. praef. p. LXXII. sqq. et R. Rothe: *Die Anfänge d. chr. K. u. ihrer Verf.* I. p. 590..

77) Dial. c. 80. p. 306. sq.: *Εἰ γὰρ καὶ συνεβάλετε ὑμεῖς τισὶ λεγομένοις Χριστιανοῖς — οἳ καὶ λέγουσι μὴ εἶναι νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀλλὰ ἅμα τῷ ἀποθνήσκειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸν οὐρανόν, μὴ ὑπολάβητε αὐτοὺς Χριστιανούς.*

78) Dial. c. 5. p. 223: *Τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν, ἐν κρείττονί ποι*

quendam finali eventu perfectae, sub malorum spiritum potestatem redibierunt, id quod aliquot ex evocatione Samuelis per engastrimythum Pythonissam; verum tamen Christianorum, modo in vitae cursu ad Deum gressus mittunt, bona beatitudo manere cogitamur in illorum spirituumditione. Nonne etiam Christus animam, quam in cruce effudit, in Patris manus commendavit[79]? Itaque bonorum hominum animae in infernis versantur, neque dum a Christo e coelis ad magnum terrarum conflagrandum reverso remunerationes fuerunt.

§. 21.

Jam igitur inquiramus, qualem se secundo illo a Christo evocato sententiam Martyr propugnavit. Duo enim, inquit, Christi adventus (παρουσίαι) erunt nuntiati: alter quidem, in quo inglorius, ignominiis affectus, clamosus perpessionis et crucifixus praedicatur, alter vero, in quo gloriose una cum angelis (Dan. VII. 9.—28.) e coelis adveni (Dial. c. 110. p. 336. E.). Ante hunc Domini nostri regnum Antichristus (ὁ τῆς ἀποστασίας s. ἐσχάτης ἐνδόξους), qui jam pro foribus adest, per triennium et sex menses in terris crudeliter regnabit (Ib. c. 32. p. 250. A. B.); is enim non solum grandia adversus Altissimum loquetur, sed etiam nefanda audebit in Christianos (c. 110. p. 336. E.). Tum cum splendore venient Elias, et, quemadmodum ejus spiritus in Joanne primis et humilis adventus praevo praecessit, ita ipse secundi et gloriosi

---

μόνον αὐτοῦ (χριστοῦ), τοὺς δὲ ὑβρίσαντας καὶ σταυρώσαντας ἐν χαίρουσι, τῶν τῆς πρώτης ἐκδημίας χρόνων. His verbis Ortus pingitur, ut jam observavit D. I. Pott: Epist. crit. illustr. Vol. II. exerc. 3. p. 235. sq.. Comp. Dietelmaier: Hist. dogm. de descensu Christi ad inferos p. 19. sqq..

79) Dial. c. 105. p. 332. sq.: Πείσεται δὲ καὶ, ὡς πάσαν ἀνθρωπίνην ψυχὴν (ut Samuelis) δίκαιον καὶ προφητικὸν ἀπὸ ἀδικίων ἕκαστον τῶν τοιούτων δυνάμεως, ἀνάπαυσιν δὴ καὶ ἐν τῇ ἐγγαστριμύθῳ ἐκείνῃ ἐξ αὐτῶν τῶν προφήτου ἀναλαμβάνει. ὅθεν καὶ αὐτὸς (ὁ Θεὸς) δεδώκαμεν ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦ νῦν αὐτοῦ τὸ πάντως ἀγαπᾶσθαι, δι' οὓς γέγονεν, καὶ πρὸς τῇ ἐξόδῳ αἴτιον μὴ ὑπὸ τοιούτων καὶ δόντων ὑποπεσεῖν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, φάσκων κ. τ. λ.. Vid. Lampe: l. c. p. 269. sq..

praecursor sit (c. 49. p. 268. B. — D.) convertatque Judaeos ad rem christianam (c. 33. p. 251. A. B.)[80]. Christus autem reversus Antichristo omnibusque hostibus devictis (c. 39. p. 258. D., c. 49. p. 269. D.) et morte sublata (c. 45. p. 264. B.) regnum condet mille annorum.

Justinus, Judaeorum more[81] Chiliastarum somniis mirum quantum delectatus[82], in dial. c. 81. p. 307. sq. vaticinium Jesaiae LXV. 17. — 25. de hoc regno millenario in terra exspectando exponit; mille annos, quorum l. c. nulla mentio expressa est, arcane designari contendit verbis comm. 22. hisce: *Κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσονται, τὰ ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν.* Etenim quo tempore Adamo dictum est, *ὅτι ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἐν ἐκείνῃ ἀποθανεῖται,* mille annos ille non implevit. Huc etiam pertinere dicit illud dictum (Ps. XC. 4.): *Ὅτι ἡμέρα κυρίου ὡς χίλια ἔτη.* Provocat denique l. c. ad testimonium Joannis apostoli[83], qui (Apoc. XX. 4. — 6.) mille annos Hierosolymis traducturos esse prae-

80) Non igitur a Justino adventus Christi in longum tempus dilatus est. Ipse adhortatur Judaeos in dial. c. 28. p. 245: *Βραχὺς οὗτος ὑμῖν περιλείπεται προσηλύσεως χρόνος κ. τ. λ.*. De duplici Jesu adventu cf. praeterea ap. I. c. 52. p. 87. A. B., dial. c. 14. p. 232. D., c. 31. p. 247. E., c. 32. p. 249. C., c. 40. p. 259. D., c. 49. p. 268. B. C., c. 52. p. 271. C. D.

81) Crassas Judaeorum de regno millenario opiniones bene explanavit (Corrodi): *Krit. Gesch. d. Chiliasm.* I. p. 324. sqq.. Münscher l. c. p. 448: *Da das Christenth. von d. Juden zu den Heiden überging, so wurden auch die besondern Meinungen der ersten auf die letzten fortgepflanzt, u. gerade mit dieser chiliast. Meinung geschah es desto leichter, weil der sinnliche Mensch gar zu geneigt ist, sinnliche Erwartungen lieber als geistige aufzufassen* cet.. De Christianorum Judaicorum chiliasmo lege Euseb. H. E. III. 28. et Epiph. haer. 28.. Vid. Credner: *Üb. Essäer u. Ebionit.*, in Wineri *Zeitschr. für wiss. Th.* 1829. I. 2. p. 227. sq..

82) Cfr. Maranus: l. c. p. LIII. sqq., Corrodi: l. c. II. p. 51. sqq. et Münscher: *Hist. Entw. d. Lehre vom tausendj. Reiche in d. 3 erst. Jahrh.*, in Henkii *Mag. für Rel. ph., Exeg. u. K. G.* VI. p. 241. sqq..

83) Etiam oraculorum, quibus erant libri Sibyllini referti, multa hujus erant conditionis, ut chiliastis valde probata essent. Cfr. Corrodi: l. c. p. 111. sq. et Kleuker: *Üb. d. Ursprung u. Zweck d. Offenb. Joh.* p. 9. sqq..

peccati plena, ut et animam secum peccare cogat[91]); denique provocant ad Scripturarum de hac re silentium[92]).

Quod ad primam adversariorum attinet objectionem, corporum resuscitatio qua tandem ratione fieri nequit per omnipotentem Deum, qui protoplastum e terra fecit[93])? Nonne nostra quoque generatio ex minima humoris guttula in utero materno effecta impossibilis videri deberet, nisi quotidie ejus documenta haberemus[94])? Illam esse concedant oportet etiam Plato, Epicurus et Stoici, quippe qui corporis materiem ipsam, quamvis in prima principia dissolvatur, tamen omnino incorruptibilem dicant. Hanc enim materiem dissolutam Deus summa potentia praeditus facillime iterum immutare potest in carnem efficereque id, quod prius erat corpus[95]), ita tamen, ut, si qua corporis mutila fuerint, hac parte homo non sit mutilus resurrecturus. Atque Christus, qui in terra ambulans carnis infirmitatem occasione data sanavit (idque uno verbo usus) et corpus integrum reddidit, etiam faciet, caro ut perfecta resurgat[96]). Quid porro? Minime inutilis aut plane perniciosa est

91) De res. c. 7: *Φάσκοντας μὴ ἄξιον εἶναι τῆς ἀναστάσεως μηδὲ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας, ὅτι πρῶτον αὐτῆς ἐστιν ἡ οὐσία γῆ, μετέπειτα δὲ καὶ μεστὴ γέγονε πάσης ἁμαρτίας, ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν ἀναγκᾶσαι συναναμαρτάνειν.*

92) De res. c. 5: *Τῶν λεγόντων μὴ ἀναστῆναι τὴν σάρκα — οἱ δὲ (λέγουσιν), ὅτι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπαγγελίαν ἔχειν.* Ib. c. 8: *Ὅτι — οὐκ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ἀναστάσεως ἔχει.* Cf. Teller: l. c. p. 82. not. 5..

93) Ap. I. c. 18. p. 65: Corpora nos recepturos speramus, *ἀδύνατον μηδὲν εἶναι Θεῷ λέγοντες.* De res. c. 5: *Ἔχοντες τεκμήρια· πρῶτον μὲν τὴν τοῦ πρωτοπλάστου γένεσιν, ὅτι ἐκ γῆς ὑπὸ Θεοῦ γέγονεν. ἱκανὸν γὰρ τοῦτο δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως.*

94) Ap. I. c. 19. p. 65: *Ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιούτους γενέσθαι, καὶ ὁρᾶτε γινομένους· τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε, ὅτι διαλυθέντα καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν διαλυθέντα τὰ ἀνθρώπεια σώματα κατὰ καιρὸν προστάξει Θεοῦ ἀναστῆναι καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι οὐκ ἀδύνατον.* De res. c. 5: *Τὴν — ἐξ ἀλλήλων γένεσιν κατανοοῦσίν ἐστιν ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι μειζόνως, ὅτι ἐκ ἐλαχίστης ῥανίδος ὑγροῦ τηλικοῦτον πλάσσεται ζῶον.*

95) Hoc latius explicat multisque exemplis illustrat de res. c. 6..

96) Cf. de res. c. 4.. *Ἅπαντα*, ait l. c., *ἐποίησεν ὁ σωτὴρ πρῶτον*

ejus resurrectio. Etenim carnis opera esse cessatura per se intelligitur, neque membra necesse est operari illa, ad quae apta sunt, praesertim quum crebro tam per homines quam per alias animantes mutuae consuetudini, jam ante futurum saeculum, videamus derogatum esse [97]). Dominus quoque noster quamquam membra ad procreandum idonea habuit, ab eorum tamen usu abstinuit [98]). Sunt vero, qui indignam dicant esse carnem resuscitatione. Videntur isti ignorare quum universam Dei efficaciam, tum primam hominis creationem et ea, quae in mundo sunt, quorum causa sint facta. Namque constat, hominem, ad imaginem divinam creatum, fuisse carneum; absurdum igitur est contendere carnem vilem esse ac nihili. Atqui eam apud Deum rem esse pretiosam satis inde liquet, quod ab ipso formata est, siquidem imago fictori pictorique suo est grata. Idem ex cetero mundi opificio licet discere; nam cujus causa reliqua facta sunt, id ei, qui fecit, omnium est carissimum [99]). At, dixerit quispiam, caro peccatrix est adeo, ut et animam secum in peccatum trahat. Quod minus recte se habet, siquidem caro non peccat nisi anima jubente et seducente [100]). Denique dedecet Scripturarum silentium urgere, quod revera a Deo totus homo, non sola anima ad vitam sempiternam vocatus est; an non utraque pars hominis abluta justitiamque hac in vita est operata [101])? Atque quum anima im-

---

μὲν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν περὶ αὐτοῦ (Jes. XXXV. 5.), — *ἔτι δὲ καὶ εἰς πίστιν, ὅτι ἐν τῇ ἀναστάσει ἡ σάρξ ἀναστήσεται.*

97) Vide de res. c. 3., ubi, postquam dixit: *Τὸ μὲν, τὰ μόρια ἐνεργοῦντα ταῦτα ἐνεργεῖν — οὐκ ἀναγκαῖον*, multa exempla affert ad hanc rem explanandam et ita concludit: *Ὥστε καὶ διὰ ἀνθρώπων καὶ διὰ ἀλόγων καταργουμένην τὴν συνουσίαν, καὶ πρὶν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ὁρᾶσθαι.*

98) De res. c. 3. (v. §. 65. not. 12.).

99) De res. c. 7: *Ἔοικασι δὲ οὗτοι* (sc. Gnostici) *τὴν ὅλην τοῦ Θεοῦ πραγματείαν ἀγνοεῖν καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν τοῦ ἀνθρώπου καὶ πλάσιν καὶ τὰ ἐν κόσμῳ, ὧν ἕνεκα γέγονεν. — Δῆλον οὖν, ὡς κατ' εἰκόνα Θεοῦ πλασσόμενος ὁ ἄνθρωπος ἦν σαρκικὸς κ. τ. λ.*.

100) De res. c. 8. (v. §. 63. not. 42.).

101) De res. c. 8: *Ἀλλὰ μὴν καὶ κέκληκεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν καὶ ἐπαγγέλλεται τὴν αἰωνίαν ζωήν. — Κέκληκε δὲ ὁ Θεὸς εἰς*

mortalis sit, quid omnino gratiae esset in resurrectionis promissione, quumque id solum, quod cecidit (h. e. caro), resurgere potest, quid opus carnem claris verbis nominare[102])?

Quae quum ita se habeant, nihil adversariorum valent rationes. Nonne etiam Christus, id quod omnium fortissimum est argumentum (τὸ πάντων ἰσχυρότερον), mortuos exsuscitavit, ut qualis esset futura resurrectio demonstraret? Corpora autem et animas suscitavit. Quodsi spiritualis tantum esset resurrectio, ipse redivivus oportebat corpus ostenderet seorsum jacens et seorsum animam existentem. Quod vero non fecit, sed suscitavit corpus, in eo vitae promissionem confirmans. Quanam ergo de causa in carne, quae passa erat, resurrexit, nisi ut carnis resurrectionem demonstraret? Quum igitur discipuli non crederent, ipsum vere resurrexisse, se iis praebuit palpandum clavorumque vestigia in manibus conspicua ostendit[103]). Quare certum est ac exploratum, carnem esse resuscitandam et animam non prius perenni et absoluta fruituram beatitate, quam rursus cum carne conjuncta fuerit. Nemo vere Christianus est, qui hoc utrumque negaverit[104]).

§. 76.

Christus vero, Dominus noster, in ultimo suo adventu, corporibus omnium hominum resuscitatis, SUPREMUM JUDICIUM exercebit ac probos quidem corruptionis dolorisque expertes reddet et integros sine omni labe restituet, sempiterna ut fru-

---

ζωὴν καὶ ἀνάστασιν τὸν ἄνθρωπον, οὐ τὸ μέρος, ἀλλὰ τὸ ὅλον κέκληκεν, ὅπερ ἐστὶ, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα. — Ἀμφότερα καὶ ἐλούσαντο καὶ ἀμφότερα τὴν δικαιοσύνην εἰργάσαντο. Coll. c. 10..

102) De res. c. 8: Τὴν μὲν ψυχὴν σώζων οὐ μέγα ποιεῖ· τὸ γὰρ σώζεσθαι πάρεστιν αὐτῇ, ὅτι ἐστὶν αὐτοῦ μέρος, ἐμφύσημα αὐτοῦ οὖσα. ἀλλ' οὐδὲ χάρις αὐτῷ τὸ ἴδιον σώζοντι κ. τ. λ. (De hoc loco mere Platonico cfr. Teller: l. c. p. 84. not. 1.). Ib. c. 10: Ἀνάστασίς ἐστι τοῦ πεπτωκότος σαρκίου, πνεῦμα γὰρ οὐ πίπτει.

103) Cf. de res. c. 9., ubi etiam addit: Ἡ ἀνάστασις τῆς σαρκὸς δύναμίς Θεοῦ ἐστι καὶ ὑπεράνω λόγου παντὸς, βεβαιωμένη μὲν πίστει, θεωρουμένη δὲ ἔργοις.

104) Dial. c. 80. p. 307. (v. §. 74. not. 85.).

antur immortalitate, impios ad perpetuum ignis sensum et cruciatum cum pravis daemonibus condemnabit [105]). Similiter jam Plato improbos a Minoe et Rhadamanthe punitum iri dixit. Attamen minus recte; nam non illi, sed Christus scelestos suppliciis afficiet gravissimis, ut, corporibus cum suis animabus conjunctis, non poena, uti Plato docuit, mille annorum spatio circumscripta sed aeterna puniantur [106]). Tum frustra poenitentiam agent peccatorum. Est vero Gehenna locus, ubi poenae de iis sumentur, qui injuste vixerint nec ea crediderint futura, quaecunque Deus per Christum docuit [107]). Illic diabolum cum daemoniis et assectantibus hominibus nondum huc usque in ignem aeternum ad infinitos cruciatus misit pro-

105) Dial. c. 81. p. 308. (v. §. 75. not. 86.). Ap. I. c. 52. p. 87: *Ὅτε* (in sec. adventu) *τὰ σώματα ἀνεγερεῖ τῶν γενομένων ἀνθρώπων· καὶ τῶν μὲν ἀξίων ἐνδύσῃ ἀφθαρσίαν· τῶν δὲ ἀδίκων ἐν αἰσθήσει αἰωνίᾳ μετὰ τῶν φαύλων δαιμόνων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει.* — *Ἐν οἷς δὲ αἰσθήσει καὶ κολάσει γενέσθαι μέλλουσιν οἱ ἄδικοι, ἀκούσατε τῶν ὁμοίως εἰς τοῦτο εἰρημένων. ἔστι τε ταῦτα· ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ παυθήσεται* (LXX: *τελευτήσει*) *καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται* (Jes. LXVI. 24.). Ib. c. 21. p. 67: *Ἀπαθανατίζεσθαι δὲ ἡμεῖς μόνους δεδιδάγμεθα τοὺς ὁσίως καὶ ἐναρέτως ἐγγὺς Θεῷ βιοῦντας κ. τ. λ.*. Dial. c. 45. p. 264: *Οἱ μὲν* (improbi) *εἰς κρίσιν καὶ καταδίκην τοῦ πυρὸς ἀπαύστως κολάζεσθαι πεμφθῶσιν, οἱ δὲ ἐν ἀπαθείᾳ καὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀλυπίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ συνῶσιν.* Ib. c. 69. p. 296. B., ap. II. c. 1. p. 41. C. (Ep. ad D. c. 7. p. 499: *Πέμψει γὰρ αὐτὸν κρίνοντα, καὶ τίς* (improborum) *αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ὑποστήσεται;*)

106) Cf. ap. I. c. 8. p. 57. B. et Maran. ad h. l.. Unus exstat locus in dial. c. 5. p. 223., quo improbi non ad aeternam poenam sufferendam videntur condemnati esse. Verba jam allegavimus in §. 62. not. 34. eaque cum ceteris hac de re effatis Münscherus l. c. p. 525. haud male ita consociat: *Nach Justins Meinung dauern die Strafen ewig, d. h. die Verdammten kommen nie wieder los, und können nie durch Buſse Begnadigung erhalten. Endlich wird dann die Vernichtung derselben folgen, nachdem die Strafe ihr ganzes Dasein hindurch gewährt hat.* — Simile quid occurrit in ep. ad D. c. 10. p. 501: *Ὃς* (sc. *ὁ ὄντως θάνατος*) *φυλάσσεται τοῖς κατακριθησομένοις εἰς πῦρ τὸ αἰώνιον, ὃ τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει.*

107) Ap. I. c. 19. p. 66: *Ἡ γέεννά ἐστι τόπος, ἔνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώσαντες καὶ μὴ πιστεύοντες ταῦτα γενήσεσθαι, ὅσα ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χρ. ἐδίδαξε.*

pter genus humanum; praevidet enim quosdam ex poenitentia se conversuros esse ad Christum et inde salutem consecutoros[108]). Quae si cognita omnibus hominibus essent, nemo vitium ad breve tempus eligeret, quum se ad aeternam sciret ignis condemnationem proficisci; unusquisque potius sese omnino contineret virtuteque exornaret tum ad fugienda supplicia, tum ad bona quae a Deo promittuntur consequenda[109]). Numero autem eorum, qui Christo fidem habituri sunt, expleto judicioque peracto Deus mundi exustionem, adhuc propter Christianorum semen dilatam[110]), inducet ac novus rerum status existet, in quo maxima illis erit beatitas vitaque aeterna[111]).

---

108) Ap. I. c. 28. p. 71: Ὃν (sc. diab.) εἰς τὸ πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατίας καὶ τῶν ἐπομένων ἀνθρ., κολασθησομένους τὸν ἀπέραντον αἰῶνα, προεμήνυσεν ὁ Χρ.. Καὶ γὰρ ἡ ἐπιμονὴ τοῦ μηδέπω τοῦτο πρᾶξαι τὸν Θεὸν διὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γεγένηται. προγινώσκει γάρ τινας ἐκ μετανοίας σωθήσεσθαι μέλλοντας, καὶ τινας μηδέπω ἴσως γεννηθέντας. Ib. c. 45. p. 82. D., ap. II. c. 8. p. 46. D., dial. c. 39. p. 257. E. 258. A., c. 141. p. 370. C.

109) Ap. I. c. 12. p. 59: — εἰ οἱ πάντες ἄνθρ. ταῦτα ἐγίνωσκον, οὐκ ἄν τις τὴν κακίαν πρὸς ὀλίγον ᾑρεῖτο, γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην κ. τ. λ..

110) Ap. II. c. 7. p. 45: Ἐπιμένει ὁ Θεὸς τὴν σύγχυσιν καὶ κατάλυσιν τοῦ παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οἱ φαῦλοι ἄγγελοι καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι μηκέτι ὦσι, διὰ τὸ σπέρματα τῶν Χριστιανῶν, ὃ γινώσκει ἐν τῇ φύσει ὅτι αἰτιόν ἐστιν. — Coll. ep. ad D. c. 6. p. 498. A. et Böhl: Opuscc. Patrum sel. p. 132. not. kk.

111) Ap. I. c. 45. p. 82: Κατέχειν (sc. ἔμελλε ὁ Θ. τὸν Χρ.) ἕως ἂν πατάξῃ τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ δαίμονας καὶ συντελεσθῇ ὁ ἀριθμὸς τῶν προεγνωσμένων αὐτῷ ἀγαθῶν γινομένων καὶ ἐναρέτων, δι' οὓς καὶ μηδέπω τὴν ἐκπύρωσιν πεποίηται. Ib. c. 20. p. 66: Καὶ Σίβυλλα δὲ καὶ Τστάσπις γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν κ. τ. λ. (v. Baumg.-Crus.: l. c. p. 1298. not.). Τῷ γὰρ λέγειν ἡμᾶς — ἐκπύρωσιν γενέσθαι, Στωϊκῶν (v. Cicer. de nat. deor. II. 46.) sc. δόξομεν λέγειν δόγμα. Ap. II. c. 7. p. 45.; ibi etiam dicit ἐκπύρωσιν non ex fati necessitate eventuram esse. — Neque daemones nullam esse ad impiorum supplicium conflagrationem persuadere possunt: ap. I. c. 57. p. 91. C. De res. c. 1: Διδοὺς (Chr.) νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ζωὴν αἰώνιον.

SECTIO TERTIA.

DE JUSTINI DOCTRINA MORALI [1]).

CAPUT VIII.

QUID IN UNIVERSUM DE EA STATUERIT.

§. 77.

Summum ethices principium Justino sunt λόγου θείου praecepta, quae, quum iis Dei manifestetur voluntas, ad omnes pertinent sancteque observanda sunt. Jam enim ante, quam Christus exstitit, bonus Pater benignum se praebebat in homines, quippe quibus particulam quandam (σπέρμα) daret illius λόγου pariter atque αὐτεξουσίαν h. e. facultatem, ex qua vel bonum vel pravum perinde appetendi et perficiendi potestate gaudebant, ut iis nulla relinqueretur excusatio [2]). Quum vero Deus, revelatione omnibus numeris suis absoluta usus, in Jesu Christi persona λογικὸν τὸ ὅλον in terram misisset, quo homines de rebus gravissimis optime edocerentur, quid mirum, Christianorum ethicam omnium praestantissimam esse vimque exercere in hominum animos saluberrimam. Praeclare igitur Justinus in ap. I. c. 14. p. 61: Ἡμεῖς, inquit, μετὰ τὸ τῷ Λόγῳ πεισθῆναι ἐκείνων (daemonum) μὲν ἀπέστημεν, Θεῷ δὲ μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ, διὰ τοῦ υἱοῦ ἑπόμεθα· οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπαζόμενοι· οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότες· χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες· οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφόνοι καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθη ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι, νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ, ὁμοδίαιτοι γινόμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώμενοι, ὅπως οἱ

1) Cf. J. A. Schmid: De Justini M. theologia morali. Helmst. 1698. 4. et C. F. Stäudlin: *Gesch. d. Sittenl. Jesu.* II. p. 93. sqq..

2) Vid. huj. lib. §. 46. (p. 88. sqq.) et §. 62. (p. 152. sq.).

κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ καλὰς ὑποθημοσύνας βιώσαντες εὐελπίδες ὦσι, σὺν ἡμῖν τῶν αὐτῶν παρὰ τοῦ πάντων δεσπόζοντος Θεοῦ τυχεῖν. Adde egregium locum [3]) ex orat. ad Gr. c. 5. p. 40: Αὐτὸς — ἡμῶν [στρατηγὸς] οὐ βούλεται σωμάτων ἀλκὴν καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγενείας φρύαγμα, ἀλλὰ ψυχήν τε καθαρὰν, ὁσιότητι τετειχισμένην, ἤδη δὲ διηνεκῶς ἐπιστατῶν ἡμῖν ὁ θεῖος Λόγος, καὶ τὰ τοῦ βασιλέως ἡμῶν συνθήματα, πράξεις θείας, ὡς διὰ λόγου δυνάμεως εἰς ψυχὴν διϊκνουμένης, — ἥτις οὐ ποιητὰς ποιεῖ, οὐ φιλοσόφους κατασκευάζει, οὐδὲ ῥήτορας δεινούς· ἀλλὰ παιδεύουσα ποιεῖ τοὺς θνητοὺς ἀθανάτους, τοὺς βροτοὺς θεούς· ἐκ γῆς δὲ μετάγει εἰς τοὺς ὑπὲρ Ὄλυμπον ὄρους.

Atque virtutis praecepta a Jesu Christo, cujus sermo vi divina praeditus fuit (δύναμις τοῦ Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν), breviter et compresse prolata sunt (Ap. I. c. 14. p. 61. D. E.). Deo autem, quem propter Filii unigeniti (τοῦ Λόγου) missionem homines summo amore amplecti debent, ii soli probantur, qui, divinae voluntati honesta cogitandi agendique ratione obtemperantes, omni studio ad temperantiam, justitiam ac humanitatem incumbunt et quaecunque ipsi propria sunt reapse imitantur. Quos quidem, si ita dignos se illius consilio exhibuerint, adepturos accepimus, ut cum eo degant atque una regnent corruptionis et perpessionis expertes [4]).

---

3) Comp. §. 50. (p. 106. sq.) et Junius: De Justino M. apologeta adv. ethnicos p. 85. sqq..

4) Ap. I. c. 10. p. 58: Ἐκείνους προσδέχεσθαι αὐτὸν (Deum) — πιστεύομεν, τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ μιμουμένους, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν καὶ ὅσα οἰκεῖα Θεῷ ἐστί. — Ἐὰν ἀξίους τῶν ἐκείνου βουλεύματι ἑαυτοὺς δι' ἔργων (v. §. 47. not. 1.) δείξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ ἀναστροφῆς καταξιωθῆναι προσειλήφαμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς γενομένους. (Ep. ad. D. c. 10. p. 500. sq.: Ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρ. ἠγάπησε, — πρὸς οὓς ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ· οἷς τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν ἐπηγγείλατο καὶ δώσει τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτόν. Ἐπιγνοὺς δὲ, τίνος οἴει πληρωθήσεσθαι χαρᾶς; ἢ πῶς ἀγαπήσεις τὸν οὕτως προαγαπήσαντά σε; ἀγαπήσας δὲ, μιμητὴς ἔσῃ αὐτοῦ τῆς χρηστότητος)

§. 78.

At philosophi Christianos objiciebant dumtaxat metu poenae aeternae ad virtutem colendam impelli. Quod negans Martyr eos contendit virtutem amplexari propter ipsius pulchritudinem. Ratio enim per se quemlibet et paganum et Christianum nullo respectu supplicii aeterni habito edocet, quid honestum sit quid turpe. Nihilosecius etiam illae poenae propter divinam rerum humanarum administrationem aeque ac propter veram atque aeternam virtutis et vitii differentiam agnosci debent (Ap. I. c. 43. p. 81. A. B., II. c. 9. p. 47. D. E. 48. A.).

Contra Judaeos quoque ethica christiana defendenda erat. Hi enim evangelii praecepta profitebantur magna quidem esse et admiranda, ita tamen constituta, ut a nemine queant servari. At vero, copiose respondet apologeta noster, evangelium ad mandata observanda simul attribuit vires, videlicet hominum emendans animum fide ac poenitentia. Atque posse istas leges coli luce clarius demonstrant quum virtutes Christianorum, tum eorum patientia in ipsis gravissimis persecutionibus et suppliciis luculenter probata. Quin imo jam prophetae futuram meliorem ad mores emendandos praeceptionem praedixerunt (Dial. c. 10. sqq. p. 227. sqq.).

CAPUT IX.

DE SINGULIS QUIBUSDAM PRAECEPTIS ETHICIS.

§. 79.

Justinus lubentissime iis usus est Jesu Christi effatis, quae severae morum rationi maxime videbantur convenire [1]). Itaque magno opere commendabat veritatem, jusjurandum im-

1) Brevis esse possum in enumerandis Justini praeceptis ethicis, quia pauca tantum attigit, ut jam recte vidit Meier; Introd. in univ. theol. mor. stud. c. IX. §. 5..

probabat [2]), provocans ad praeceptum illud Jesu (Matth. V. 37.)[3]): *Μὴ ὀμόσητε ὅλως· ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναί· καὶ τὸ οὒ, οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ* (Ap. I. c. 16. p. 63. D.), quibus verbis eandem quam Dominus noster tribuisse videtur significationem [4]). Jam ratio, inquit, praescribit, ut, qui vere pii et philosophi sunt, verum unice colant ipsius vitae periculo [5]).

Quare etiam martyrium est subeundum, simulac ad id evitandum mendacio opus sit; in defectione enim a re christiana jusjurandum cernitur violatum [6]). Quid? Martyrium apud Christianos cum sana mente convenit, utpote quo opinionem gentilium temere de Christi asseclis conceptam dissolvant, imo perducantur ad immortalitatem, quam omnibus praeponunt rebus vehementerque exoptant [7]). Quamquam Justinus tantum

---

2) Vid. quae adnotavit Stirm: *Revis. d. Gründe für u. wider d. Eid*, in Klaiberi *Stud. d. ev. Geistl. Würtemb.* 1829. I. 3. p. 91. et 94..

3) Recte Stäudlin l. c. p. 111: *Dabei schwebte ihm* (sc. Jesu), *wie öfters, die ideale Vorstellung einer Gesellschaft von Menschen vor, welche insgesammt den Willen Gottes thun, und in einer solchen Gesellschaft würde unstreitig jeder Eidschwur etwas Überflüssiges seyn.* Comp. de Wette: *Christl. Sittenl.* III. p. 121..

4) Hoc etiam censet Stäudlin: l. c.; coll. *Gesch. d. Vorst. u. Lehren v. Eide* p. 72..

5) Ap. I. c. 2. p. 53: *Τοὺς κατ' ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τἀληθὲς τιμᾶν καὶ στέργειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει. — Ἐκ παντὸς τρόπου καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τὸν φιλαλήθη, κἂν θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια λέγειν τε καὶ πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ.*

6) Ap. II. c. 4. p. 43: *Ἐξεταζόμενοι δὲ οὐκ ἀρνούμεθα διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον, ἀσεβὲς δὲ ἡγούμενοι μὴ κατὰ πάντα ἀληθεύειν, ὃ καὶ φίλον τῷ Θεῷ γινώσκομεν.* Ap. I. c. 39. p. 78: *Ὑπὲρ τοῦ μηδὲ ψεύδεσθαι, μηδ' ἐξαπατῆσαι τοὺς ἐξετάζοντας, ἡδέως ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν ἀποθνήσκομεν. δυνατὸν γὰρ ἦν τὸ λεγόμενον* (Eurip. Hippol. 612., Cicer. de off. III. 29., coll. Aristot. rhetor. III. 15.),

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος,

ποιεῖν ἡμᾶς εἰς τοῦτο. Cf. etiam ap. II. c. 2. p. 42. E. et c. 11. p. 49. sq..

7) Ap. II. c. 2. p. 43: *Ὁ γὰρ ἀρνούμενος ὅτιοῦν ἢ κατεγνωκὼς τοῦ πράγματος, ἔξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος, τὴν ὁμολογίαν φεύγει, ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ κ. τ. λ.*. Ap. I. c. 39. p. 78: *Γελοῖον δ' εἶη* (ita lege cum Grabio pro *ἤδη*) — *ἡμᾶς — ἀφθαρσίας ἐρῶντας,*

abfuit, ut, si quis poenam capitalem suapte sponte expeteret, hoc in magna laude poneret, ut eum contra Dei voluntatem sibi manus intulisse censeret [8]); nam paganis Christianos hortantibus, ut, quum mortem exoptarent, semetipsos interficerent neve Romanis negotia facesserent, Martyr probe respondet: Mundus propter genus humanum conditus est a Deo, cui displicent qui deteriora vel dicto vel facto sequuntur. Quodsi omnes nobis ipsi manus afferamus, quominus quisquam gignatur, divina doctrina imbuatur exstetque genus hominum, in causa erimus, ipsi quoque, si ita faciamus, contra Dei consilium venientes (Ap. II. c. 4. p. 43. C. D.). Sed martyrium si prorsus nequeat devitari, fidenti animo oppetendum arbitratur, ut sic praestantia appareat visque divina Jesu disciplinae, quam negare Christianis nefas sit, dum pro paganis religionibus conditoribusque sectarum philosophicarum nemo hucusque sit ad ultimum supplicium profectus (l. c. E. et c. 10. p. 48. sq.).

§. 80.

Porro Justinus, prout alii Patres [9]), prorsus contemnendum putabat coeundi appetitum, quin imo laudat juvenem quendam, qui, ut gentilibus persuaderet non concubitus incestos (*ἀνέδην μίξιν*) in Christianorum mysteriis exerceri, sese castrari voluerit (Ap. I. c. 29. p. 71. D. E.); permultos Christianos sexus utriusque et sexaginta et septuaginta annos natos testatur a pueris perseverasse incorruptos (ib. c. 15. p. 62. B.). Quisque, inquit, jam idcirco a rebus debet venereis abstinere, quod perfecta castitate et caelibatu ad resuscitatorum similitudinem accedit [10]).

μὴ πάνθ' ὑπομεῖναι ὑπὲρ τοῦ τὰ ποθούμενα παρὰ τοῦ δυναμένου δοῦναι λαβεῖν.

8) Hoc male negat Barbeyrac: Traité de la morale des Pères de l'église p. 18.; vid. Maranus: Ed. opp. Just. Praef. P. II. p. LVIII. sq..

9) De Tatiano, Justini discipulo, cfr. Daniel: *Tat. d. Apolog.* p. 259. sqq. et 274..

10) De res. c. 10: *Εἰ δὲ μὴ ἀνίσταται ἡ σὰρξ, διὰ τί καὶ φυλάσσεται, καὶ οὐ μᾶλλον αὐτῇ συγχωροῦμεν χρήσασθαι ταῖς ἐπιθυμίαις;*

In ipso conjugio castimonia et continentia aliquid sancti habent ac summa laude sunt dignae. Jesus Christus hanc solam vitae corporeae rationem, quae fit per concubitum, non exercuit tamquam non necessariam [11]); simul commixtionem per concubitum in futuro saeculo, etsi omnia in resurrectione membra eorumque functiones recipit corpus, esse tamen desituram praedixit (Luc. XX. 34.): *Οἱ υἱοὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' ἔσονται ὡς ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ* (de res. c. 3.). Matrimonii finis est liberorum educatio (*παίδων ἀνατροφή*: Ap. I. c. 29. p. 71. D.); quod vero initur libidinosarum voluptatum causa, illegitimum est [12]). Espropter Christus ex virgine natus est, ut illegitimae cupiditatis aboleret generationem [13]). Etiam reprobandae sunt *διγαμίαι*; nam qui secundum ineunt matrimonium, licet humana lege licitum sit, damnantur a Christo pariter atque ii, qui mulierem adspiciunt, ut eam concupiscant [14]).

---

11) De res. c. 3: *Πολιτευσάμενος* (Chr.) *τὴν λοιπὴν τῆς σαρκὸς πολιτείαν, — ταύτην δὲ τὴν διὰ συνουσίας μόνον οὐκ εἰργάσατο, ἀλλὰ τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας, ἃς μὲν ἀναγκαίας ὑπάρχειν κατεδέξατο, ἃς δὲ μὴ ἀναγκαίας οὐ προσήκατο. — Συνουσίας δὲ στερουμένη* (sc. *ἡ σὰρξ*) *ἀνόμου, οὐδὲν ὅ, τι πάσχει κακόν.*

12) De res. c. 3: *Ἄῤῥενας δὲ τοὺς μὲν ἀπ' ἀρχῆς παρθενεύοντας ὁρῶμεν, τοὺς δὲ ἀπὸ χρόνου· ὥστε δι' αὐτῶν καταλύεσθαι τὸν δι' ἐπιθυμίας ἄνομον γάμον.* Multum de hoc loco dispatatum est. Tellerus (p. XIII.) sensum illorum verborum videtur invenisse ita reddens: „Ut ab ipsis dissolvatur conjugium per nimiam libidinem illegitimum." Cf. praeterea Münscher: *Üb. d. Zustand d. chr. Sittenl. n d. erst. Zeitalt. nach d. Tode d. Apost.*, in Henkii *Neu. Mag. für Rel. ph.* etc. I. 2. p. 367. sq. et de Wette: l. c. II. 1. p. 237..

13) Barbeyrac (l. c. p. 17.) Justiniana verba de res. c. 3: *Ἵνα καταργήσῃ γέννησιν ἐπιθυμίας ἀνόμου* recte interpretatur: Pour abolir la génération, qui se fait par un désir illégitime. Illa enim *ἐπιθυμία* ideo est *ἄνομος*, quod est *ἐπ. σαρκός*. Legas quae contra Tellerum ad h. l. (p. XIV. not. 2.) animadvertit Stäudlin: *Gesch. d. Sittenl. J.* II. p. 118..

14) Ap. I. c. 15. p. 62: *Οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοί, ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσὶ, καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς.* Nuptias hic a Justino vituperari, quae non soluto prioris conjugii vinculo contrahantur (theologi polygamiam dicunt simultaneam), perperam opinatur Ma-

Denique in ap. II. c. 2. p. 41. sq. mentio fit divortii non ideo facti, quod conjuges diversis sacris imbuti erant, sed propter pravos mariti mores [15]); nec respuit hanc feminae christianae agendi rationem ecclesia Romana.

---

ranus. Revera Martyr, ut plerique ecclesiae Patres atque concilia (v. Augusti: *Denkwürdigkk. aus d. chr. Arch.* IX. p. 251.), secundum improbat matrimonium (s. bigamiam successivam) tanquam, ut Athenagorae verbis (Leg. p. Chr. c. 33.) utar, *μοιχείαν εὐπρεπῆ*. Si plura vis, adi Braun. ad l. c. (Ed. apoll. p. 92. sq.).

15) Historiam hujus rei narravimus §. 7. (p. 15.); coll. Chr. Fr. v. Ammon: *D. gemischten Ehen* ed. 2. p. 34. sq..

CORRIGENDA.

Pag. 2. §. 1. vs. 19. lege τῆς pro τοῦ.
— 24. not. 10. v. 5. dele punctum post existimat.
— 50. §. 22. v. 6. dele et.
— 60. n. 23. v. 5. l. illud p. illum.
— 71. n. 9. v. 2. dele comma p. monasteriis.
— 77. n. 2. v. 1. l. Histoire p. Historie.
— 85. n. 6. v. 3. l. *und* p. *uod*.
— 106. §. 50. v. 25. l. cupiditatibus p. cupiditatibns.
— 116. §. 53. v. 5. l. theopneustiae p. theopneustias.
— 118. n. 21. v. 7. l. καὶ p. κα.
— 122. n. 30. v. 22. l. disertis p. dissertis.
— 122. n. 30. v. 30. l. ἀγαπήσασιν p. ἀναπήσασιν.
— 123. n. 32. v. 2. l. H. p. A. et dele punctum post ad.
— 125. n. 1. v. 8. l. ἄνομος p. ἄνομοις.
— 128. n. 13. v. 15. l. mere p. mera.
— 132. §. 57. v. 12. l. physicis p. pbysicis.
— 132. n. 27. v. 3. l. λουτρὸν p. λοῦτρον.
— 135. n. 34. v. 10. pone comma post ἐκείνου.
— 150. §. 61. v. 1. p. c. p. praenoverit.
— 152. §. 62. v. 8. p. c. p. Dodonae.
— 158. §. 64. v. 6. l. conjungeret p. conjugeret.
— 164. n. 22. v. 2. l. *Lehrb.* p. *Handb.*